





BEATI  
RAYMUNDI  
LULLI  
DOCTORIS ILLUMINATI  
ET  
MARTYRIS

LIBER  
MAGNUS CONTEMPLATIONIS  
in Deum.

JUXTA MOGUNTINAM EDITIONEM  
in folio Anni MDCCXL.

IN VARIOS TOMOS DISTRIBUTUS.  
Tomus XII.

PALMÆ MAJORICARUM  
anno MDCCXLVIII.

*Superiorum permisso.*

Typis Viduæ Frau Typogr. Regiae  
Audientiae.

*Ouis Michaelij Brug Presbyteri.*



BEATI

fol. 30

RAYMUNDI  
ULLI  
DOCTORIS ILLUMINATI  
ET  
MARTYRIS  
MAGNUS LIBER  
CONTEMPLATIONIS  
IN DEUM.  
VOLUMEN III.  
LIBER V.  
DISTINCTIO XXXIX.  
*DE AMORE.*  
CAPUT CCCV.

*Quomodo pater & filius & maritus uxor &  
cognati & vicini & domini & servi &  
extranei ament se ad invicem.*

i.  
a.



*DEUS sapiens , qui for-  
mas & illuminas pru-  
dentiam tuorum seruo-  
rum ! qui vult cog-  
noscere amorem , qui  
est inter patrem & fi-  
lium*

4 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
lium & inter maritum & uxorem & inter  
cognatum & cognatum & inter vicinum  
& vicinum & inter Dominum & ser-  
vum & inter unum hominem extrane-  
um & alium, oportet, *Domine*, quòd eum  
inquirat tribus virtutibus animæ & forma  
sensuali & forma intellectuali, & hanc  
inquisitionem oportet dividi in *novem* par-  
tes, quarum *prima* est amor, quem pater  
habet erga filium, *secunda*, est amor, quem  
filius habet erga patrem, *tertia* amor,  
quem maritus habet erga uxorem, *quarta*  
amor, quem uxor habet erga suum ma-  
ritum, *quinta* amor, quem homo habet  
erga suum cognatum, *sexta* amor, quem  
cognatus habet erga ipsum hominem,  
*septima* amor, quem homo habet erga  
suum vicinum, *octava* amor, qui est in-  
ter dominum & servum, & *nona* est a-  
mor, qui est inter unum hominem ex-  
traneum & alium.

2. Igitur, cùm hoc ita sit, qui in  
hanc inquisitionem vult intrare, *Domi-  
ne*, oportet, quòd amorem figuratum  
formâ sensuali inquirat in potentia sen-  
sitiva

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCV.* 5  
sativa & amorem figuratum formâ intel-  
lectuali inquirat in potentia rationali;  
quia, sicut aqua est fons, in quo inve-  
nitur humiditas, ita potentia sensitiva  
est fons, in quo invenitur & figuratur  
amor sensualis; & sicut ignis est fons, in  
quo invenitur calor, ita potentia ratio-  
nalis est fons, in quo invenitur & figu-  
ratur amor intellectualis.

3. *Gloriose Domine!* Sicut humanum  
corpus non potest habere sanitatem, sine  
directione & ordinatione & temperamen-  
to potentiae vegetativae, ita amor sen-  
sualis non potest esse ordinatus, nec di-  
rectus in potentia sensitiva, sine ordina-  
tione & directione potentiae rationalis;  
quia, sicut caput est directio & com-  
plementum omnium membrorum corpo-  
ris, ita potentia rationalis est directio  
& complementum omnium aliarum po-  
tentiarum.

4. b. *Creator Domine Benefactor, cui  
cognoscatur omnis gloria & omnis honor!*  
*Prima pars est amor, quem pater habet  
erga suum filium:* unde dicimus, quod,  
quan-

6 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
quando homo amat suum filium amo-  
re sensuali tantum, quin amor intellec-  
tualis recipiat ordinationem in potentia  
rationali, tunc amet ipsum in forma &  
figura & materia, quae sunt in poten-  
tia sensitiva & non amet ipsum in fi-  
nali ratione, quae est in potentia ratio-  
nali, & ratione hujus amoris ornant  
homines suos filios pulchris vestibus, &  
eis desiderant divitias & honorationes  
& delectationes temporales.

¶. Et, quia iste amor sensualis, *Do-  
mine*, non recipit ordinationem in po-  
tentia rationali, habet potentia sensiti-  
va actionem super rationalem, quam fa-  
cit habere injiosum & inordinatum me-  
morare & intelligere & velle, & prop-  
terea parentes desiderant posse facere su-  
os filios meliores & ditiores & hono-  
ratiores aliis, quod desiderium forma-  
tur ex falso memorare & intelligere &  
velle, cù quòd non sit justitia & fidelitas  
& veritas in amore sensuali, qui non a-  
mat justè filios indignos habere illum  
honorem & honorationem & divitias &  
pos-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCV.* 7  
possessiones, quas parentes eis congre-  
gant & procurant injurioso amore deri-  
vato ab injurioso memorare & intellige-  
re & velle.

6. Sed , quando parentes formant a-  
morem , quem habent erga suos filios in  
potentia rationali per justum & verum  
& ordinatum memorare , & intelligere  
& velle , *Domine* , tunc formatur amor  
sensualis in ordinata figura , & propte-  
rea amant suos filios virtuosè & amant &  
desiderant in **eis** virtutes & bonas edu-  
cationes & bonos mores , & per hoc fi-  
lii benè educantur à suis parentibus , qui  
eos educant & assuefaciunt ad justum & ve-  
rum & ordinatum memorare & intelli-  
gere & velle.

7. c. *O Domine, qui es thesaurus meæ  
anime memorantis & intelligentis & vo-  
lentis tuas honorationes & tuos honores!*  
*Secunda pars est amor . quem filius habet  
erga suum patrem:* unde dicimus , quòd  
filius quando est parvulus ametplùs nutri-  
cēm , quàm suum patrem & suam matrem ,  
& hoc est quia non habet in actualita-

tc

§ B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
te memoriam & intellectum in quibus  
possit formari amor, quo plus amet su-  
um patrem & suam matrem, quam su-  
am nutricem; & quando puer perve-  
nit ad etatem quatuor annorum, tunc  
incipit amare res pueriles & ludos plus,  
quam suum patrem & suam matrem &  
hoc facit usque ad etatem quindecim  
annorum, & ex tunc amat plus bona &  
divitias patris & matris, quam patrem  
& matrem.

8. Unde tota ista privatio amoris,  
quam filius habet erga suos parentes,  
est in eo, *Domine*, ratione amoris sen-  
sualis, quem ipse habet erga res sen-  
suales quin habeat ordinatum amorem  
intellectualis; &, quia filius amat su-  
os parentes in minori quantitate amo-  
ris, quam divitias, quas sui parentes  
possident, habet injiosum memora-  
re & intelligere & velle, ratione cuius  
memorat & intelligit & amat plus &  
ferventius suam uxorem vel suum filium  
vel arma venatoria vel vineam vel alia bo-  
na temporalia suorum parentum, quam ip-  
sos

*Lib. IV. Dist. XXXIX. Cap. CCCV.* 9  
fós parentes , & ratione hujus inordinati amoris desiderat mortem ipsorum,  
& parentes in sua senectute decipiuntur  
& falluntur à filio, in quo confidebant  
in suis necessitatibus.

9. Igitur, cùm hoc ita sit, miser est pater, qui in sua senectute bona sua tradit filio & in eo confidit, & maledictus est pater, qui pro suo filio facit injurias & deceptions & se dannat ad ignem perdurablem , & maledictus est filius, qui suum patrem falso amat, & eum decipit & illudit in senectute & post mortem non adimplet, quod ei promiserat in vita: igitur, cùm ista maledic-tio, & multæ aliæ, cadant in filium, quando non amat suum patrem, amore intel-lectuali ordinato in potentia rationali, beatus est filius, qui amat suum patrem amore intellectuali ordinante amorem sen-sualem.

10. d. *O Domine DEUS JESU Christe,*  
*qui submisisti & incarcerasti imaginatio-*  
*nem tui servi, ut imaginetur tuas hono-*  
*rationes!* Tertia pars est amor, quem  
mari-

10. *B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
maritus habet erga suam uxorem: unde  
dicimus, quòd, quando maritus amat  
suam uxorem sensualiter quin eam amet  
ordinatè in potentia rationali, tunc a-  
met ipsam ratione pulchræ formæ sen-  
sualis & ratione carnalis delectationis,  
quam habet cum ipsa, & propterea e-  
am ornat & pulchrificat quantum potest,  
& hoc est marito occasio luxuriæ & pau-  
pertatis & infirmitatis & Zelotypiæ &  
mortis.

11. Unde, quia uxor percipit, quòd  
suus maritus eam amet plùs amore sen-  
suali, quàm intellectuali, *Domine*, propte-  
rea se pingit & ornat & pulchrificat quan-  
tum potest, & suum memorare & in-  
telligere & velle fiunt injuriosa & inor-  
dinata in potentia rationali, & ipsa fit  
superba & vitiosa & dat marito occa-  
siones Zelotypiæ & luxuriæ, & per hoc  
memoria & intellectus & voluntas mari-  
ti inordinantur in natura sensuali & in  
intellectuali.

12. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domi-  
ne*, ratione amoris sensualis & intellec-  
tualis,

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCV.* 11  
tualis, qui est inordinatus in memoria  
& intellectu & voluntate mariti, plus a-  
mat stultus maritus, quod sua uxor ha-  
beat pulchra supercilia & pulchros ca-  
pillos & albam faciem, quam quod  
habeat justum & verum & ordinatum  
memorare & intelligere & velle, & per  
hoc est sibi ipsi occasio sui damni & sui  
mali & sui laboris; sed, quando sapi-  
ens maritus amat suam uxorem plus a-  
more intellectuali, quam sensuali, tunc  
amat plus, quod sua uxor habeat justum  
& virtuosum & fidele memorare & in-  
telligere & velle, quam pulchram faci-  
em & pulchros capillos & pulchram dis-  
positionem corporalem.

13. e. *O Domine DEUS, qui à somno  
excitasti tuum servum in suo memorare  
& intelligere & velle! Quarta pars est  
amor, quem uxor habet erga suum ma-  
ritum:* unde dicimus, quod, quando u-  
xor amat suum maritum amore sensuali  
tantum, tunc amet, quod ipse sit pul-  
cher & juvenis & honoratus & bene  
indutus & potens multum cohabitare,  
&

72 B.Raym, Lulli. Lib. Contempl. Vol. III.  
& propterea memoret & intelligat & amet plūs & frequentius prædictas res,  
quām veritatem & justitiam & fidelis-  
tatem & continentiam & castitatem &  
alias virtutes: igitur, cùm hoc ita sit,  
propterea est uxor vitiosa in suo me-  
morare & intelligere & velle, & per  
inordinationem, quam habet in rebus  
intellectualibus fit inordinata & culpa-  
bilis in rebus sensualibus.

14. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*, quando evenit, quòd uxor amet in  
suo marito aliquam prædictarum rerum,  
quæ non sit in eo, quandoque eam  
quærat in alio; quia magnus amor, quem  
habet erga delectationes sensuales, &  
parvus amor, quem habet erga virtu-  
tes intellectuales, est ei occasio, quòd  
quærat in alio id, quod non invenit in  
suo marito, eò quòd non habeat justi-  
tiam nec veritatem nec fidelitatem in sua  
anima quibus se juvet: igitur, cùm hoc  
ita sit, melius consilium, quod maritus  
possit accipere est, *Domine*, quòd, si  
amor sensualis inclinet suam uxorem ad  
luxuri.

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCV.* 13  
luxuriam & peccatum, faciat eam me-  
morare & intelligere & amare justitiam  
& fidelitatem & veritatem quoisque  
prosistis virtutibus se convertat ad a-  
mandum res intellectuales plus, quam  
sensuales.

15 Igitur, cum hoc ita sit, *Domine*,  
beatus est maritus, qui suam uxorem scit  
& potest & vult assuefacere ad bonos  
mores, & beata est uxor, quae amat plus  
habere justum & verum & fidele & cas-  
tum & ordinatum & virtuosum & sanc-  
tum memorare & intelligere & velle,  
quam habere juvenem & pulchrum &  
divitem & robustum maritum, quia  
in quantum res sensuales sunt viles & cor-  
ruptæ & immundæ & fœtidæ, & res in-  
tellectuales sunt virtuosæ & nobiles, in  
tantum valet uxor casta & fidelis, su-  
per luxuriosam & infidelem; &, in  
quantum infernus est occasio magnæ  
pœnæ, & paradiſus magnæ gloriæ, in tan-  
tum est nobilis mulier bona & casta, su-  
per malam & luxuriosam.

16. f. *Rex omnium splendorum & omni-*

*um*

14 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
um luminum , qui es virtuosus super  
omnes virtutes ! Quinta pars est amor ,  
quem homo habet erga suum cognatum :  
unde dicimus , *Domine* , quòd , quando  
homo amat suum cognatum amore sen-  
suali , quin potentia rationalis habeat in  
illo amore ordinationem intellectualem ,  
per ordinatum memorare & intelligere &  
velle , tunc amat ipsum falsò , quia plus  
amat eum in honoratione & divitiis &  
potestate , quam in justitia & veritate &  
fidelitate & in aliis virtutibus .

17. Igitur , cùm hoc ita sit , *Domi-  
ne* , ratione falsi amoris , quem homo  
habet erga suum cognatum , est superbus ,  
si suus cognatus sit dives & potens &  
honoratus , & amat & concupiscit divi-  
tias ipsius & confidit in eis & in po-  
testate , quam ipse habet ; & , si suus  
cognatus sit pauper vel vilis vel inho-  
noratus , tunc habet homo verecundi-  
am & vellet , quòd esset mortuus vel  
esset in loco in quo eum non videret :  
igitur per omnes istas rationes & mul-  
tas alias . est homo inordinatus in aman-  
do

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCV.* 15  
do suos cognatos , & per falsum amo-  
rem, quem habet erga ipsos, est eis oc-  
casio , quòd cum ament falsò & frau-  
dulenter.

18. Sed , quando homo , *Domine* ,  
amat suos cognatos amore intellectuali,  
tunc amat , quòd ipsi habeant virtu-  
tes , & plùs memorat & subtilius in-  
telligit & ardentius amat in eis virtu-  
tes , quàm divitias & alias res sensua-  
les : igitur , quando homo amat suos  
cognatos isto modo , tunc amat ipsos  
plùs , quàm divitias eorum , & ideo in  
amando eos habet justum memorare &  
intelligere & velle , & est eis occasio, ut  
erga ipsum habeant justum , & perfec-  
tum amorem.

19. g. *Mirabilis Domine , qui vivificas*  
*& multiplicas amorem tui servi ! Sexta*  
*pars esī amor , quem cognati habent er-*  
*ga hominem : unde dicimus, quòd, quan-*  
*do cognati amant hominem sensualiter &*  
*intellectualiter , tunc ament eum secun-*  
*da intentione & se prima , & iste amor*  
*significat passionem in homine amato sc-*  
cun-

16 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
cundà intentione , eò quòd secunda in-  
tentio sit subjecta primæ , quæ significat  
actionem in cognatis amantibus ipsum  
secunda intentione & se primâ.

20. Nam , sicut asinus in ferendo  
onus & bos in arando habent passio-  
nem , ita , *Domine* , est homo quotidie  
in valde magna passione per suos cog-  
natos quando eum amant secunda in-  
tentio , quia nocte & die ab eo pe-  
runt servitia & dona contra veritatem  
& justitiam & rationem : igitur , si ho-  
mo habet passionem serviendo alteri  
amanti eum ordinato amore intellec-  
tuali , quantò plus habet passionem ser-  
viendo aliis amantibus cum inordinato  
amore sensuali & intellectuali ?

21. Igitur , cùm hoc ita sit & sen-  
sualiter sentiamus & intellectualiter in-  
telligamus , *Domine* , ferè omnes homi-  
nes hujus mundi amare suos cognatos  
isto modo , quare desiderat homo &  
vult habere multos cognatos , qui ha-  
beant magnas honorationes , cùm quò  
plures habet & quò honoratiores sunt ,  
eò

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCV. 17*  
cò plus sit captivatus & ligatus in ser-  
viendo eis & in procurando & conser-  
vando & salvando eis divitias & hono-  
rationes ipsorum ? sed , quando beati  
cognati amant hominem ordinato amo-  
re intellectuali , tunc , quò plures & ho-  
noratiores & ditiores ipsi sunt , cò plus  
homo amatur & custoditur & salvatur  
ab eis : igitur , cùm hoc ita sit , secun-  
dùm hoc significatur , *Domine* , quòd  
multò plus valeat homini unus cognac-  
tus pauper & miser , qui cum amet vir-  
tuosè , quàm multi divites & honorati ,  
qui cum ament vitioso & falso amore.

22. h. *Gloriose Domine super omnes glorias , qui es consolatio meorum amo- rum ! Sepima pars est amor , quem homo habet erga suum vicinum :* unde dicimus quòd , quando homo amat suum vici-  
num solo amore sensuali & ex isto amo-  
re formatur injuriosum memorare & in-  
telligere & velle , tunc amet suum vici-  
num secunda intentione & se primà , &  
propterea formetur amor falsus & fallax  
cò , quod amet plus campum vel vi-  
ncam

18 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
neam vel uxorem vol bovem sui vicini,  
quàm ipsum vicinum.

23. Igitur , cùm hoc ita sit, *Domine*,  
pejor inimicus, quem vicinus possit abe-  
re in hoc mundo est homo , qui eum  
amat isto modo ; quia per hoc , quòd  
sensus sensuales hominis frequenter at-  
tingant bona sui vicini , die & nocte est  
homo occasionatus ut sua voluntas falsò  
excitat à falsa memoria , quæ falsò me-  
morat & à falso intellectu , qui falsò in-  
telligat bona sui vicini , & propterea est  
homo deceptor & proditor & fur &  
invidus & inimicus sui vicini , & per  
hanc inordinationem , quam habet in  
amando suum vicinum est occasio suo  
vicino habendi malum & falsum & in-  
juriosum & iracundum & impaciens me-  
morare & intelligere & velle.

24. Sed , quando homo , *Domine*,  
amat suum vicinum amore intellectuali  
ordinato & directo per ordinatum me-  
morare & intelligere & velle , tunc est  
verus & fidelis amator , & quoties uti-  
tur sensibus sensualibus in bonis sui vi-  
fini

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCV. 19*  
sini toties est occasionatus ad haben-  
dum justum & verum & fidele memo-  
rare & intelligere & velle: igitur, sicut  
sensus sensuales hominis frequenter &  
continuò sentiunt bona vicini, ita ipsa  
bona frequenter & continuò sunt ho-  
mini occasio habendi veritatem & jus-  
titiam & fidelitatem & amorem & om-  
nes alias virtutes per ordinatum memo-  
rare & intelligere & velle.

25. i. *O Domine DEUS, qui tuos  
amatores honoras & diriges & beneficias!*  
*Octava pars est amor, qui est inter do-*  
*minum & suum servum:* unde dicimus  
quòd, si dominus amet suum servum  
amore sensuali sinè ordinatione amoris  
intellectualis, tunc amet eum inordina-  
to memorare & intelligere & velle;  
quia sicut justitia est virtus, quæ for-  
mat humano intellectui amorem, qui  
debet esse inter unum hominem & alium  
quin unus alteri sit subditus ad servi-  
dum ei, ita quando amor intellectua-  
lis est ordinatus in domino in amando  
suum servum tunc justitia figurat & for-  
mat

20 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
mat in eo justum dominium , quod ipse  
habet super suum servum , & in il-  
la quantitate , in qua est servus in ser-  
vitute domini amatur à domino secun-  
da intentione.

26. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* , quia hoc idem evenit in servo;  
quoniam , secundūm pretium , quod  
dominus dat pro eo & secundūm sump-  
tus , quos facit in eo , est servus sub-  
ditus & obligatus ad amandum suum  
dominum & ad serviendum ei ; & , si  
de minimis vult majorem servitutem à suo  
servo quam sit obligatio ipsius vel ser-  
vus vult esse minus obligatus quam  
oporteat , tunc inter dominum & ser-  
vum formatur falsus amor , qui dat val-  
de magnam passionem & laborem uni-  
cuique ratione præsentiae sensuum sen-  
sualium & intellectualium cujuslibet.

27. Nam , quia quinque sensus sen-  
suales domini volunt recipere majorem  
servitutem à sensibus servi quam con-  
veniat , & quinque sensus servi nolunt  
tantum servire sensibus domini quan-  
tum

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCV.* 21  
tum convenit, est valde magna contrarietas & pugna inter memoriam & intellectum domini & memoriam & intellectum servi, & propterea, *Domine*, voluntas cuiuslibet est contraria voluntati alterius, quia memoria cuiuslibet est contraria memoriae alterius, & similiter intellectus, & ideo oportet quod voluntates sint contrarie, & haec contrarietas & pugna est peior, quæ esse possit in hoc mundo.

28. k. *Excellens Domine, qui meam intellectualitatem excellentiasti super meam sensualitatem! Nona pars est amor, qui est inter unum hominem extraneum & alium:* unde dicimus quod haec extrancitas vel sit sensualis vel intellectualis, si est sensualis est quando unus homo non sentit alium ullo sensuum sensualium, & si est intellectualis est quando unus homo non attingit alium ullo sensuum intellectualium.

29. Unde, quando Petrus, *Domine*, sensibus sensualibus sentit Guillelmum & amat cum amore sensuali, tunc est

Pc-

22 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
Petrus quoad suos sensus intellectuales  
extraneus sensibus intellectualibus Guil-  
lielmi ; & , quando Petrus amat Gui-  
lielnum amore intellectuali , tunc in-  
tellectualitates Petri sunt in Guillermo,  
cò quòd frequenter cum memoret &  
intelligat & amet , & per amorem in-  
tellectualem diriguntur suæ sensualitates  
ad sentiendum illum : unde per hujus-  
modi amorem alii homines se associant  
aliis & alii veniunt à terris remotis  
ad alios.

30. *Juste Domine !* Sicut hominibus  
existentibus in terra extranea est extra-  
neum amare homines & consuetudines  
illius terræ & disamare homines & con-  
suetudines terræ, in qua sunt nati & edu-  
cati , ita est extraneum animæ amare  
corpus plus quam sc ipsam & amare  
placita & delectationes corporis plus  
quam suasinet & amare malum plus  
quam bonum ; quia , sicut animali ra-  
tionali est data & appropriata rationa-  
litas , ita est extraneum animæ amare  
peccatum & amare malum plus , quam  
bo-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVI. 23*  
bonum & amare corpus plus, quam se  
ipsam: igitur, cum hoc ita sit simili-  
ter est valde magna extraneitas in me-  
moria, quae plus memorat & in intel-  
lectu, qui plus intelligit & in volunta-  
te, quae plus amat hunc mundum quam  
alium, cum ita sit quod finalis ratio  
propter quam homo est creatus sit ut  
per beatam beatitudinem possideat glo-  
riam perdurablem in alio saeculo in  
presentia sui misericordis DEI.

## C A P U T   C C C V I .

*Quomodo homo amet se ipsum.*

i. a. **O** *DEUS Creator omnium crea-  
turarum, Gloria omnium gio-  
riarum, Virtus omnium virtutum!* Qui  
vult scire & cognoscere, *Domine*, qui-  
nam sit amor, quem habet erga se ip-  
sum, oportet, quod cum inquirat tri-  
bus virtutibus animæ in tribus termi-  
nationibus amoris, & oportet, quod  
hanc inquisitionem faciat sensualiter &  
intel-

24 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
intellectualiter , ut cognoscat an amor,  
quem habet erga se ipsum sit sensualis  
vel intellectualis , & quoniam horum  
amorum plus amet se ipsum.

2. Igitur , cum hoc ita sit , *Domi-*  
*ne* , hanc inquisitionem oportet dividi  
in octo partes , quarum *prima* est de  
amore , quem homo habet erga se aman-  
do suam naturam sensualem , *secunda* de  
amore , quem habet erga se amando res  
contrarias suæ naturæ sensuali , *tertia* de  
amore , quem habet erga se amando  
res sensuales necessarias suo proximo ,  
*quarta* de amore , quem habet erga se  
amando res contrarias naturæ sensuali  
sui proximi , *quinta* de amore , quem ha-  
bet erga se amando suam potentiam  
rationalem , *sexta* de amore , quem ha-  
bet erga se amando potentiam rationa-  
lem sui proximi , *septima* de amore ,  
quem habet erga se amando tuam glo-  
riosam Essentiam divinam , & *octava* est  
de amore , quem homo habet erga se  
amando tuam sanctificatam Naturam  
humanam.

3. Gra-

3. *Gratiose DEUS!* Sicut speculum demonstrat & repræsentat figuram corporalem; ita, quando homo habet in sua memoria & intellectu & voluntate octo modos amoris prædictos, figuratur & demonstratur intellectui suæ animæ an ipse amet vel non amet se ipsum, & an amet se amore sensuali vel intellectuali, & an amet se plus vel minus uno amore, quam alio, & quænam sit finalis ratio, propter quam se amat vel non amat; & totum hoc significatur intellectui ipsius per significationes sensuales & intellectuales, quas recipit, dummodo sua memoria sit parata & directa ad memorandum & voluntas ad volendum.

4. b. *O Domine, qui es Spes meæ animæ & Amor mei cordis!* Prima pars est de amore, quem homo habet erga se amando suam naturam sensualem: unde dicimus quod, quando anima hominis memorat & intelligit & vult res necessarias corpori, tunc significetur humanoo intellectui quod ipsa amet corpus  
eo

26 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
cò quòd memoret & intelligat & velit  
res ei necessarias: igitur, cùm homo sit  
compositus ex anima & corpore, quan-  
do anima amat res sensuales necessarias  
corpori, tunc homo amat suùmmet  
*esse.*

5. *Honorate Domine!* Quando cor-  
pus indiget aliqua re sensuali ut possit  
satisfacere sensibus sensualibus & poten-  
tiis vegetivæ & sensitivæ, si contingat  
quòd anima illam rem memoret & in-  
telligat & amet, tunc est amor in ac-  
tu; sed, si corpus indiget aliqua re  
sensuali & anima eam non memoret  
nec intelligat nec amet, tunc est amor  
in terminacione media inter potentiam  
& actum.

6. Ratio, quare dicimus, *Domine*,  
quòd iste amor sit in terminacione me-  
dia, est quia non est totaliter in po-  
tentia nec in actu; quoniam, licet a-  
nima tunc non memoret nec intelligat  
nec amet res necessarias corpori cò quòd  
tractet de aliis rebus intellectualibus si-  
bi ipsi necessariis, tamen non totaliter  
caret

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVI.* 27  
caret amore erga corpus, cùm ipsa sit  
parata & directa ut suo tempore me-  
moret & intelligat & velit illas res qui-  
bus indiget corpus; & ratio, quare præ-  
dictus amor non est totaliter in actu,  
est quia anima tunc non memorat nec  
intelligit nec vult res corporales.

7. c. *Gratiōse Domine, qui novis con-  
siderationibus dirigiſt intellectum tui ser-  
vi!* Sicut est aliqua disconvenientia in-  
ter intellectum & verbum quando ver-  
bum dicit quòd homo sit mortuus vel  
quòd paries velit cadere vel quòd Tu  
habcas oculos, ita est aliqua conve-  
nientia per contrarium sensum inter ac-  
tum & potentiam in formando tertiam  
figuram amoris, quæ non est in actu  
nec in potentia, sed in media termi-  
natione, in qua formatur tertia figura  
amoris, quæ est inter actum & poten-  
tiam.

8. Unde benedictus sis, *Domine  
DEUS*; quia, sicut sensualiter ex albe-  
dine & nigredine generatur & compon-  
nitur tertius color, scilicet rubedo vel  
viri-

28 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
viriditas, ita ex potentia & actualitate,  
quæ sunt duæ figuræ amoris componi-  
tur tertia figura amoris, & diversitas  
hujus figuræ formatur per hoc, quod  
ipsa non sit totaliter in actu nec tota-  
liter in potentia: igitur, sicut substan-  
tia incorporalis est invisibilis oculis cor-  
poralibus in corpore animalis & est vi-  
sibilis oculis spiritualibus intellectus, ita  
tertia figura amoris est invisibilis in re  
quæ est totaliter & simpliciter in potentia  
vel in actu, & videtur intellectualiter  
per naturam potentialem, quæ per eam  
habet proprietatem veniendi in actum.

9. Unde, quando homo, *Domine*,  
amat se ipsum in aliqua re sensuali, &  
anima memorat & intelligit & vult il-  
lam rem, tunc mutatur tertia termina-  
tio amoris in actualitatem, quæ est pri-  
ma terminatio & figura amoris; &,  
quando anima memorat & intelligit &  
odit aliquam rem sensualem, quam an-  
te a mīabat, tunc tertia figura amoris  
mutatur in potentiam, quæ est extre-  
mus terminus & figura amoris & pri-

Vat

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVI.* 29  
vat amore in prima terminatione & ter-  
minatione media: igitur, quando amor  
est mutatus in potentiam per volunta-  
tem, quæ odit rem sensualem, tunc  
significatur homini quòd non amet se  
ipsum in re sensuali sibi necessaria.

io. d. *O Domine valde digne omni reverentia & honore!* Secunda pars est  
*de amore, quem homo habet erga se*  
*amando res contrarias sue naturæ sensua-*  
*li:* unde dicimus, quòd, quando natura  
sensualis se movet ad aliquas delectatio-  
nes per visum vel auditum vel odora-  
ratum vel gustum vel tactum, si anima  
memoret & intelligat in illis delectatio-  
nibus peccatum & voluntas odio habe-  
at eas & amet abstinentiam & patien-  
tiam & continentiam & justitiam, & ali-  
as virtutes, tunc amet se ipsam contra  
naturam sensualem, & amante anima se  
ipsam amat homo se ipsum.

ii. Nam, quia per continentiam &  
afflictionem & pœnitentiam & abstinen-  
tiam & justitiam & patientiam homo,  
*Domine,* fit virtuosus, & per videre vel  
au-

30 B.Raym. Lulli. Lib. Contempl. Vol. III.  
audire vel odorari vel gustare vel palpa-  
re injuriosè & incontinenter fit vitiosus,  
propterea amat homo se ipsum, quan-  
do cum rationali potentia resistit po-  
tentiae sensitivæ & non vult sequi desi-  
deria ipsius & obedit consiliis, quæ ei  
dat ipsa rationalis.

12. Unde benedictus sis, *Domine DE-*  
*US*; quia, sicut homini est possibile a-  
mare se ipsum amando res necessarias  
corpori, ita est ei possibile amare se ip-  
sum amando res necessarias animæ; sed,  
quia corpus multoties amat aliquas res  
sensuales & anima non potest sinè cul-  
pa & peccato consentire ad dandum ei  
illas res, propterea amat homo se ipsum,  
quando anima est contraria amori sen-  
suali vitioso corporis provenienti à po-  
tentia sensitiva.

13. e. O *Domine intra quem omnia*  
*cumprehenduntur & terminantur!* Ter-  
tia pars est de amore, quem homo habet  
erga se amando res sensuales necessarias  
suo proximo: unde dicimus, quòd, quan-  
do Petrus memorat & intelligit & amat  
res

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVI.* 31  
res sensuales, quæ sunt necessariæ Gui-  
llielmo, tunc amet se ipsum amando  
Guillielmum, qui amor est in termino  
medio; quia, quando Petrus amat, quòd  
Guillielmus habeat victum & vestitum &  
alias res necessarias, & ad hunc finem  
facit ei eleemosynam, tunc non memo-  
rat nec intelligit nec vult se ipsum, imo  
memorat & intelligit & vult Guillielmum;  
&, quia Petrus tunc habet bonum &  
ordinatum amorem erga Guillielmum,  
exit ab illo amore aliis amor, quem  
habet erga se ipsum faciendo res sibi  
meritorias.

14. Unde benedictus sis, *Domine DE-*  
*US*; quia, quando Petrus facit eleemo-  
synam Guillielmo & amat cum prima  
intentione, statim incipit sumere figu-  
ram in terminatione media amor, quem  
Petrus habet erga se ipsum, quoniam  
impossibile est, quòd Petrus amet Gui-  
llielmum bona intentione & privetur a-  
more erga se ipsum; quia, si privare-  
tur tali amore, æquè remotus esset a-  
mor, quem Petrus habet erga se poten-  
tialiter,

32 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
tialiter, quando facit bona opera, si-  
cut, quando facit ipsa mala; &, si ita  
esset, Petrus per facere elemosynam &  
per amare Guillelmum non remunera-  
retur à Te; &, si ita esset, Tu non es-  
ses justus iudex, quod est impossibile.

15. *Æterne Domine!* Sicut superfi-  
cies est subjectum coloris, & istud sub-  
jectum non videtur oculis corporalibus  
& videtur oculis spiritualibus, ita amor,  
quem Petrus habet erga se ipsum, quan-  
do amat Guillelmum, non videtur in  
actualitate memoriæ, quæ memorat nec  
intellectus, qui intelligit nec voluntatis,  
quæ vult Guillelmum; &, sicut super-  
ficies corporaliter est medium inter co-  
lorem & materiam corporis, ita amor,  
quem Petrus habet erga se est in media  
terminatione, quando Petrus amat su-  
um proximum tantum, quantum se ip-  
sum proximum tantum, quantum se ip-  
sum: igitur, sicut homo per colorem  
intelligit superficiem & per superficiem  
materiam, ita Petrus per amorem, quem  
habet erga Guillelmum se mutat ad in-  
telligendum & cognoscendum amorem,  
quem

quem habet erga se ipsum amando suum proximum.

16. f. *Sapiens Domine in omnibus sapientiis, potens in omnibus potestatibus!*  
*Quarta pars est de amore, quem homo habet erga se amando res contrarias nature sensuali sui proximi: unde dicimus quod quando homo adeo amat suum proximum in rebus intellectualibus quod conetur in eo mortificare sensualitates, quae sunt ei occasio peccandi & faciunt eum errare per aliquem vel aliquos sensuum sensualium, tunc amet se ipsum.*

17. Nam, quando homo, *Domine*, memorat & intelligit defectus sui proximi, & vult, quod illi defectus convertantur in virtutes, & propterea memorat & intelligit & vult, quod suus proximus faciat jejunia & afflictiones & det suis oculis lacrymas & ploratus & suo cordi suspiria & amores, tunc amat se ipsum, quia totius hujus amoris habet meritum licet amor, quem habet erga se non sit figuratus in actualitate nec in potentia & sit figuratus in media terminatione.

18. Unde benedictus sis, Domine,  
*DEUS*, quia ideo voluisti, quòd sint  
 Principes & Clerici, qui nobis morti-  
 ficient nostras sensualitates, ut ipsi ha-  
 beant occasionem amandi se ipsos; quo-  
 niam, in quantum Principes tenent jus-  
 titiam, in tantum mortificant sensuali-  
 tates sui populi ne faciant peccata; &,  
 in quantum Clerici nobis prædicant &  
 mortificant suam carnem ad dandum  
 nobis exemplum, in tantum dant no-  
 bis occasionem mortificandi nostras sen-  
 sualitates; sed, quia mali Principes non  
 tenent justitiam & mali Clerici dicunt  
 ea, quæ non faciunt, & faciunt ea, quæ  
 non dicunt, & nos dissolvimus nostras  
 sensualitates per exemplum dissolutionis,  
 quam ipsi habent in suis, propterea non  
 amant nos; &, quia carent amore erga  
 suum proximum, etiam erga se ipsos  
 carent amore, qui sit in tertia figura  
 amoris.

19. g. O Domine, qui es secretum  
 meorum secretorum & es complementum  
 meorum complementorum! Quinta pars  
 est

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVI. 35*  
est de amore , quem homo habet erga se  
amando suam potentiam rationalem : un-  
dē dicimus quòd , quando homo amat  
naturam potentiae rationalis , tunc me-  
moret & intelligat & amet justitiam &  
misericordiam & humilitatem & fideli-  
tatem & veritatem & alias virtutes , quia  
naturale est potentiae rationali formare  
omnes istas virtutes in memoria , quæ  
eam memorat & in intellectu , qui eam  
intelligit & in voluntate , quæ eam a-  
mat : igitur , cùm hoc ita sit , per  
hunc modum est homo amator sui ip-  
suis , quia , qui virtutes amat , se ipsum  
amat.

20. Unde benedictus sis , *Domine DEUS gloriose* , quia , qui amat poten-  
tiam rationalem , sc ipsum amat , eò quòd  
amando potentiam rationalem submit-  
tat ipsi potentias vegetativam & sensi-  
tivam & immaginativam & motivam ;  
& , quia facit eam dominam omnium  
potentiarum , ipsa facit memoriam me-  
morare & iutellectum intelligere & vo-  
luntatem velle res necessarias sensualita-  
tibus

36 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
tibus & intellectualitatibus, & per istam actionem, quam rationalis potentia habet est homo amator sui ipsius.

21. Sed, quando homines peccatores faciunt potentiam sensitivam dominam rationalis per hoc quod ament placita sensualia plus quam virtutes intellectuales, *Domine*, tunc potentia rationalis non potest formare virtutes in memoria nec in intellectu nec in voluntate, eò quod sensitiva in eis formavit vitia & peccata: igitur, quando homo submittit potentiam rationalem sensitivæ, tunc disamat se & putat amare se amando delectationes sensuales, & iste disamor, quem homo habet erga se est in secunda terminazione & in tercia figura.

22. h. *O Domine DEUS, qui multiplicas meam conscientiam ut mea anima purificetur à suis gravibus defectibus!* Sexta pars est de amore, quem homo habet erga se amando potentiam rationalem sui proximi: unde dicimus quod, quando homo adeo amat suum proximum, quod memo-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVI. 37*  
memoret & intelligat & velit dirigere  
memoriam & intellectum & voluntatem  
ipsius, tunc amet rationalem potentiam  
sui proximi, & per istum amorem amet  
se ipsum, quia amando virtutes in suo  
proximo amat virtutes in se ipso; sed  
amor, quem habet erga se est diver-  
sus ab amore, quem habet erga suum  
proximum in hoc quod amor quem  
tunc habet erga se sit in secunda ter-  
minatione & in tertia figura amoris, &  
amor, quem habet erga suum proxi-  
mum sit in prima terminacione & in  
prima figura.

23. Ratio, quare dicimus, *Domine*,  
quòd iste amor, quem homo habet er-  
ga suum proximum sit in prima termi-  
natione & in prima figura, est quia  
memoria aliud non memorat nec in-  
tellectus aliud intelligit nec voluntas a-  
liud vult actualiter nisi ordinationem  
& directionem memorie & intellectus  
& voluntatis sui proximi; & ratio,  
quare dicimus quòd amor quem ho-  
mo tunc habet erga se ipsum amando  
suum.

38 R. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
suum proximum sit in secunda termina-  
tione & in tertia figura , est quia  
amor , quem habet erga se ipsum est  
in substantia animæ actualiter & est pri-  
vatus actualitate in memoria & intel-  
lectu & voluntate , in quibus est po-  
tentialiter.

24. Igitur , cùm ita sit , Domine ,  
quòd homo amando virtutes sui proxi-  
mi amet se ipsum , quò majores & no-  
biliores virtutes memorat & intelligit  
& amat homo in suo proximo cò plus  
amat se ipsum : igitur , cùm homo pos-  
sit tot & adeo gloriosas vrltutes memo-  
rare & intelligere & amare in tua glo-  
riosâ humnna Natura & in nostra Do-  
mina sancta MARIA Virgine gloriosa  
& misericordi & in Angelis & Sanctis  
gloriarum , qui vult inultum amare se ip-  
sum memorat & intelligat & amet præ-  
dictas virtutes .

25. i. *Humilis Domine super omnem  
humilitatem , pie Domine plene omni pie-  
tate ! Septima pars est de amore , quem  
homo habet erga se ipsum amando tuam  
glorio-*

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVI.* 39.  
*gloriosam Essentiam divinam*: unde dicimus quod, quando homo memorat & intelligit & amat tuam gloriosam Deitatem, tunc memoret & intelligat & amet tuam Infinitatem & tuam Vitam & tuam Aeternitatem & Potestatem & Sapientiam & Amorem & alias tuas Virtutes & Qualitates, & per hunc amorem, quem homo habet erga ipsas amet sc; sed amor, quem habet erga se est formatus intra animam intellectu-liter, sicut ossa sunt formata intra carnem sensualiter; &, quia amor, quem homo habet erga se amando Te non est formatus in memoria & intellectu & voluntate quando Te memorat & intelligit & amat, propterea est in secunda terminacione & in tertia figura per compositionem actualitatis & potentiae.

26. Unde, quia corpus hominis est in hoc mundo corruptum per peccatum, & sua forma corruptitur & non est glorificata, propterea, *Domine*, ipsum corpus non potest esse subjectum,  
in

40 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
in quo anima uno tempore memo-  
ret & intelligat & amet tuam glorio-  
sam Essentiam & se ipsam; &, quia  
corpus non potest ad hoc sufficere, prop-  
terea formatur amor , quem anima ha-  
bet erga Te in actualitate, quæ est pri-  
ma terminatio in prima forma , & amor,  
quem habet erga se formatur intra ani-  
mam in secunda terminatione , quæ est  
tertia figura composita ex actualita-  
te , quæ est intra animam , in qua amor  
est figuratus & ex potentia memoriae &  
intellectus & voluntatis in quibus est  
privatus actualitate.

27. *Virtuoosa Sancta Deitas gloria!*  
Cum tot sint & adeo magna & nobi-  
les tuæ excellentes Virtutes & Qualita-  
tes essentiales gloriae, & homo possit  
amare se ipsum amando eas , & adeo  
possit eas memorare & intelligere & a-  
mare, in quantum ipse potest comtem-  
plando frui tuis Qualitatibus in tantum  
potest amare se amando tuam excel-  
lentem Essentiam divinam: igitur, cum  
hoc ita sit , *Domine*, quid faciunt ho-  
mines

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVI.* 41  
mines quare vacat & ceſat sua memo-  
ria à memorando Te & ſuus intellectus  
ab intelligendo Te & ſua voluntas ab  
amando Te?

28. k. *O Domine, ad quem vadunt*  
*& in quo ſtant meæ conſiderationes &*  
*mei amores. Octava pars eſt de amore,*  
*quem homo habet erga ſe ipſam amando*  
*tuam ſanctificatam Naturam humanam:*  
unde dicimus, quòd, quando homo  
memorat & intelligit & amat tuam be-  
neditam Humanitatem, tunc recipiat  
anima tantum amorem in ſuo memo-  
rare & intelligere & velle, quòd intra  
& extra ſit tota plena amore; quia a-  
deo eſt magna virtus & gratia in anima,  
quæ memorat & intelligit & amat tu-  
am Humanitatem, quòd, ſicut per to-  
tum corpus eſt materia & forma, ita  
per totam ſubtantiam & per totas vir-  
tutes ipsius animæ ſit amor.

29. Unde, quando beata anima,  
*Domine, memorat & intelligit & amat*  
adeo vehementer & ferventer & adeo  
frequenter honorationes tuæ virtuosæ  
Huma-

42 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
Humanitatis , quòd ad honorandum  
eam velit, quòd corpus suspiret & plo-  
ret & apud infideles det laudes de ipsa  
& non dubitet sustinere labores & pas-  
sionem & mortem , tunc adeo amet  
corpus & se ipsam , quòd per nullum  
aliud memorare & intelligere & velle  
posset plus se & ipsum amare : igitur,  
cùm hoc ita sit , & tot sint infideles,  
qui tuam sanctam Humanitatem non  
honorant , & tot sint Christiani , qui  
apud illos eam non laudant , per hoc  
significatur valdè multum esse amorem ,  
qui privatur in memoria & intellectu  
& voluntate Catholicorum , qui per  
tuam gloriosam Humanitatem sunt  
beneficiati & exaltati & honorati &  
amati.

30. Unde, cùm tuus servus, *Domine*,  
sit adeo corruptus & culpabilis per pec-  
cata , quòd non sit dignus amare tuam  
sanctam & gloriosam Humanitatem, pe-  
tit à Te gratiam ut, quia ipsa est dig-  
na amari & laudari & adorari ab om-  
bus creaturis , ei des gratiam amandi  
illam

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVII.* 43  
illam adeo ferventer & continuò, quòd  
sua anima non cesset à memorando &  
intelligendo & volendo honorationes  
pertinentes ad ipsam tuam beatam Hu-  
manitatem beatam super omnes beati-  
tudines per hoc, quòd sit unita cum  
tua gloriosa Deitate.

## CAPUT CCCVII.

*Quomodo homo amet suum amicum.*

1. a. **O** *DEUS amoroſe Amator tuo-*  
*rum amatorum, cui ſint glo-*  
*rie, & honores!* Cùm homo, *Domine,*  
ſit compositus ex naturis sensuali &  
intellectuali, ſi ipſe perfectè velit amare  
ſuum amicum, oportet, quòd cum amet  
in sensuali & in intellectuali natura, &  
hunc amorem oportet, quòd habeat cr-  
ga illum in Te & pro Te memorando  
& intelligendo & amando eum pro a-  
more Tui.

2. *Glorioſe Domine!* Quando homo  
verè amat ſuum amicum, tunc ſui ſen-  
fus

44 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
sus sensuales & intellectuales serviunt sen-  
sibus sensualibus & intellectualibus ipsius  
amici ; quia , quando homo amat suum  
amicum , sua memoria memorat & suus  
intellectus intelligit & sua voluntas vult  
res ei necessarias & placentes : sed hunc  
amorem oportet esse ordinatum & direc-  
tum per ordinatam memoriam & intel-  
lectum & voluntatem in serviendo & o-  
bediendo Tibi & in laudando & hono-  
rando Te.

3. Nam , nisi homo , *Domine* , pri-  
us amaret Te , non posset formare & fi-  
gurare verum amorem erga suum ami-  
cum nec suus amicus posset verè amari  
ab eo ; sed , quando homo priùs amat  
Te plūs , quàm ullam aliam rem , tunc  
in sua memoria & intellectu & volun-  
tate inter alias res formantur & figurantur  
novem , per quas verè & perfectè  
amat suum amicum , & istæ novem res  
sunt justitia , misericordia , veritas , po-  
testas , humilitas , perfectio , tempus , a-  
mor erga id quòd amat suus amicus , &  
amor erga amantes suum amicum .

4 b.

4. b. *Juste Domine in omnibus rebus,  
gratioso in omnibus gratiis!* Prima res est  
*justitia*: unde dicimus quod, sicut sen-  
sualiter sentimus hominem descendere à  
supremo gradu ad infimum, ita intel-  
lectualiter intelligamus volentem amare  
suum amicum oportere, quod prius a-  
met Te memorando & intelligendo &  
volendo Te; &, quando homo amat Te,  
tunc amet justitiam, quia omnis homo  
qui amat Te necessariò oportet quod  
amet justitiam; &, quando justitia est  
formata in memoria & intellectu & vo-  
luntate hominis, tunc ipse memorat  
& intelligit & amat justè suum amicum.

5. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*,  
propterea est homo justè amans suum a-  
micum, quando sua anima justè me-  
morat & intelligit & amat in ami-  
co justitiam; &, quando homo jus-  
tè memorat & intelligit in suo amico  
aliquam injuriam vel aliquod vitium,  
tunc sua voluntas justè odit illud viti-  
um vel injuriam; &, quia voluntas ho-  
minis justè amat amicum, vult privare  
ab

46 . Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
ab eo vitium & injuriam , eò quòd velit  
in eo justitiam & privationem inju-  
riæ.

6. Sed , quando homo , *Domine* , a-  
mat suum amicum quin amet Te , tunc  
amor , quem habet erga ipsum est falsus  
& corruptus , cum nullus homo possit  
esse verus amator nisi verè amet Te;  
quia , per hoc , quòd anima sit inju-  
riosa , quæ non amat suum Creatorem ,  
sua memoria & suus intellectus & sua  
voluntas non possunt habere justitiam in  
amando suum amicum , & per privatio-  
nem justitiæ formatur in eis injuria, pér  
quam figuratur falsus amor in amando  
suum amicum: igitur , cùm hoc ita sit,  
per hoc significatur , quòd omnis ho-  
mo non amans Te sit plùs inimicus ,  
quàm aīnicus.

7. c. *Misericors Domine plene omni mi-  
sericordia & gratia!* Secunda res est mi-  
sericordia : unde dicimus , quòd volen-  
tem amare verè & perfectè suum ami-  
cum oporteat figurare & formare in sua  
memoria & in suo intellectu & in sua  
volun-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVII.* 47  
voluntate misericordiam , quæ habitua-  
liter recipit formam & figuram in me-  
moria & intellectu , & voluntate homi-  
nis , quando ipse Te memorat & intel-  
ligit & amat ; quia adeo magna est tua  
dulcis Misericordia , quòd omnis ho-  
mo amans misericordiam amet Te , &  
omnis homo amans Te & misericordi-  
am misericorditer amet suum amicum.

8. Uude benedictus sis , *Domine DE-*  
*US* ; quia per hoc , quòd homo amet  
suum amicum modo prædicto , quando  
amicus indiget aliquibus rebus , habet  
pietatem & misericordiam erga ipsum ;  
& , si amicus deficiat in aliqua re , mi-  
seretur ipsius ; quoniam adeo est imbi-  
bitus & comprehensus misericordia ho-  
mo , qui in Te amat misericordiam ,  
quòd tota sua memoria memoret & to-  
tus suus intellectus intelligat & tota sua  
voluntas velit misericordiam , & prop-  
terea amicus in quibuscumque rebus  
invenit misericordiam apud talem ho-  
minem , qui sic eum amat .

9. Sed , quando homo , *Domine* , non  
amat

48 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
amat Te & amat suum amicum, tunc  
sua anima habet falsam memoriam in  
memorando & falsum intellectum in in-  
telligendo & falsam voluntatem in aman-  
do ipsum, & quando amicus indiget  
misericordia, homo qui non habet ve-  
rum nec misericors memorare & intel-  
ligere & velle non miseretur ipsius, quia  
nulla memoria potest esse misericors,  
quæ in Te non memoret misericordi-  
am, nec ullus intellectus potest esse mi-  
sericors, qui in te non intelligat mi-  
sericordiam, nec ulla voluntas potest esse  
misericors, quæ in Te non amet miseri-  
cordiam: igitur per istum modum fal-  
luntur & decipiuntur multi amici in hoc,  
quòd confidant in misericordia hominum  
& in suis necessitatibus nullam miseri-  
cordiam in eis inveniant.

io. d. *Vere domine in omnibus veri-  
tatibus, potens Domine in omnibus potes-  
tatibus! Tertia pars est veritas:* unde  
dicimus, quòd volentem perfectè ama-  
re suum amicum oporteat habere in  
habitu suæ memoriae & sui intellectus  
&

& suæ voluntatis veritatem memorando & intelligendo & volendo tuam Veritatem ; quia , quando anima memorat & intelligit & amat tuam Veritatem, recipit in sua memoria & intellectu & voluntate habitum veritatis ratione cuius verè amat suum amicum.

11. Unde benedictus sis , *Domine*, quia in adeo magna veritate est homo , qui memorat & intelligit & amat tuam Veritatem , quòd per nullam falsam figuram amoris nec per ullam falsitatem vincatur in memorando & intelligendo & amando suum amicum, & propterea eum verè juvat & dirigit & manutenet & custodit: igitur, cùm hoc ita sit , beatus est homo qui isto modo amat suum amicum, & beatus est amicus qui à tali homine amatur.

12. Sed, quando perversus peccator amat suum amicum , quin amet Te, *Domine*, tunc privat suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem veritate , & ratione hujus privationis habituat in eis falsitatem, & prop-

50 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
terea falsò amat suum amicum: igitur,  
cùm tot sint amatores, qui falsò amant,  
& adeo pauci sint, qui verè amant, per  
hoc significatur humano intellectui pau-  
cos esse homines, qui verè Te amant;  
quia, si verè amantes Te essent plures  
quàm falsò amantes Te, plures essent,  
qui verè amarent suos amicos, quàm  
qui falsò eos amant.

13. c. *Potens Domine multiplicare &  
fortificare meas amorosas recordationes!*

*Quarta res est potestas:* unde dicimus,  
quòd volentem amare suum amicum o-  
porteat memorare & intelligere & ama-  
re tuam mirabilem Potestatem ut sua  
anima habeat in habitu potens memo-  
rare & intelligere & velle, per quæ  
potenter possit amare suum amicum  
potenter memoratum & intellectum &  
volitum, quia adeo magnam potestatcm  
recipit anima in sua memoria & intel-  
lectu & voluntate quando Te memorat  
& intelligit & amat, quòd per eam val-  
de possit memorare & intelligere & a-  
mare suum proximum.

14. Igi-

14. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*, & judæi & saraceni & alii infideles sint nostri proximi in humana specie, si Catholici eos amarent potenti memorare & intelligere & velle, eis prædicarent & eos dirigerent, & suum memorare & intelligere & velle non vinceretur à debili memorare & intelligere & velle illorum, qui eis minantur mortem sensualē, per quam pervenit homo ad æternam vitam intellectualem, quia potestas infidelium per oblitisci & ignorare & non amare tuam Potestatem est valde debilis in comparatione potestatis formatæ & figuratæ per memorare & intelligere & amare ipsam tuam Potestatem.

15. *Gloriose Domine!* Sicut sensualiter potentia vegetativa est corpori occasio ut sit forte & robustum quando ipsa est temperatè ordinata, ita potestas, quam anima recipit memorando & intelligen-  
do & volendo Te est intellectualiter ipsi animæ occasio ut habeat forte & robustum memorare & intelligere & velle

52 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
velle erga suum amicum: igitur, cùm  
hoc ita sit, qui vult habere forte &  
robustum amare fortificet & roboret  
suum memorare & intelligere & velle in  
Potestate, quæ creavit in homine po-  
tentialiter fortem & robustam memori-  
am & iutellectum & voluntatem & dë-  
dit ei liberum arbitrium ut possit habe-  
re in actu totam fortitudinem & robur  
potentiale, quod potest esse in actua-  
li memoria & intellectu & voluntate.

16. f. *Misericors Domine plene pietate*  
*& misericordia!* Quinta res est *humili-*  
*tas*: unde dicimus, quòd volentem a-  
mare suum amicum oporteat memora-  
re & intelligere & velle tuam Humili-  
tatem ut ipsa formet & figuret humili-  
tatem in sua memoria & intellectu &  
voluntate; quia adeo magna est tua glo-  
riosa Humilitas, quòd omnem animam  
faciat esse humilem quæ eam memorat  
& intelligit & vult.

17. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domi-*  
*ne*, beatus est homo, qui amat suum  
amicum humili *memoria* & *intellectu* &

VO-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVII.* 53  
voluntate , & beatus est amicus qui hoc modo est amatus ; quia adeo virtuosa est humilitas in memoria & intellectu & voluntate , quod alias virtutes faciat esse memoratas & intellectas & volitas , & ideo est beatus , qui ab humili amatore amatur.

18. Sed , quando homo , *Domine* , amat suum amicum quin habeat humilem memoriam & intellectum & voluntatem , tunc in sua memoria & intellectu & voluntate formatur & figuratur superbia per quam est occasionatus ad habendum superbam & impatientem memoriam & intellectum & voluntatem erga suum amicum ; quia , sicut est valde magna concordantia pacis inter duos homines quando in sua memoria & intellectu & voluntate est humilitas , ita est valde magnus labor & valde magna occasio mali & impatientiae in memoria & intellectu & voluntate amici quando amatur ab homine habente superbam memoriam & intellectum & voluntatem ; quoniam , sicut sensualiter unum corpus generatur

34 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
neratur & formatur ab alio , ita intel-  
lectualiter una superba memoria forma-  
tur ab alia , & hoc idem est de intellec-  
tu & voluntate.

19. g. *Perfecte Domine in omnibus per-  
fectionibus!* *Sexta* res est *perfectio*: unde  
dicimus , quod volentem perfectè ama-  
re suum bonum amicum oporteat me-  
morare & intelligere & amare Te , ut  
*perfectio* formetur & figuretur in sua me-  
moria & intellectu & voluntate ; quia  
adeo perficiuntur memoria & intellectus  
& voluntas hominis qui recipit habitum  
perfectionis per memorare & intellige-  
re & amare Te , quod sua anima per-  
fectè memoret & intelligat & amet quid-  
quid memorat & intelligit & amat.

20. Igitur , cùm hoc ita sit , *Domi-  
ne* , omnis homo qui isto modo amat  
suum amicum amat eum perfectè & fir-  
miter , & suus amor non mutatur nec  
corrumpitur erga suum amicum ; & ideo  
beatus cùt amicus qui tali amore amatur ,  
quia major thesaurus , quem homo pos-  
sit habere in hoc mundo est habere qui  
eum

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVII.* 55  
eum amet perfecta memoria & intellectu & voluntate recipientibus à Te perfectionem memorando & intelligendo & amando Te , quoniam talis amans est thesaurus sui amici in omnibus perfectionibus & in omnibus rebus quibus ipse indiget : igitur , cùm hoc ita sit , beati sunt qui à talibus hominibus volunt amari ,

21. Sed , quando homo , *Domine* , amat suum amicum quin sua memoria & suus intellectus & sua voluntas receperint formam & figuram perfectionis memorando & intelligendo & amando Te , tunc amat cum defectuosa memoria & intellectu & voluntate , & ratione hujus defectus est suus amor alterabilis & mutabilis & pauci fervoris & paucæ quantitatis , & propterea amicus falso amatur ab homine qui sic cum amat ; & , quando accidit quòd amicus faciat aliquem defectum erga illum hominem qui eum sic amat , statim habet eum inimicum per defectuosum memorare & intelligere & velle quæ recipiunt for-

56 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
formam à defectu quem amicus fecit  
erga illum.

22. h. *Creator Domine temporis & omnium rerum quae sunt in tempore! Septima res est tempus: unde dicimus quod volens amare suum amicum amet Te in prima & media terminatione amoris; quia, nisi memoria & intellectus & voluntas recipiant habitum amandi Te in praedictis duabus terminationibus amoris, impossibile est quod homo possit habere habitum amandi suum amicum omni tempore.*

23. Sed, quando homo, *Domine*, recepit habitum amandi Te in praedictis duabus terminationibus amoris, tunc amor quem habet erga Te format & figurat habitum amoris in sua memoria & intellectu & voluntate erga suum amicum, & propterea amat eum omni tempore & diversis figuris amoris sive per justitiam, sive misericordiam sive per patientiam sive per dare vel commodare vel adjuvare vel laudare vel dirigere vel castigare vel per alios modos similes;

&,

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVII. 57*  
&, quò plures & frequentiores figuræ  
formantur & figurantur intellectualiter  
in memoria & intellectu & voluntate  
ipsius, eò plus eum amat & eò plus  
significatur humano intellectui quòd Tu  
sis amatus ab illo homine qui sic amat  
suum amicum.

24. Sed, quando homo, *Domine*,  
amat suum amicum quin amet Te con-  
tinuò per primam & medium termina-  
tionem amoris, tunc non amat eum  
omni tempore, & si eum amet in una  
re non amat eum in alia, & propterea  
est suus amor alterabilis & mutabilis  
& frequenter est in privatione, & se-  
cundùm circūstantias temporis est mag-  
nus vel parvus; quia, sicut tempus se-  
quitur motum in quo generatur & mo-  
tus sequitur tempus, ita amor quem  
talis homo habet erga suum amicum  
sequitur alterationem & corruptionem &  
alteratio & corruptio sequuntur ipsum a-  
morem, & propterea talis homo uno  
tempore amat & alio non.

25. i. *Amator Domine tuorum amato-*  
*rum*

58 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
rum honorator Domine tuorum honorato-  
rum! Octava res est amor quem homo  
babet erga rem amatam à suo amico: unde  
dicimus quòd volentem amare suum ami-  
cum oporteat inamorare suam animam  
de Te & in Te; quia, quando anima  
hominis amat Te, tunc amat justè &  
misericorditer & verè & virtuosè rem  
quam amat suus amicus.

26 Unde benedictus sit, *Domine*, tu-  
us gloriosus Amor; quia, sicut sensua-  
liter formatur & figuratur corpus ho-  
minis ex quatuor elementis, ita intel-  
lectualiter formatur iste virtuosus amor  
ex quatuor amoribus, qui sunt amor  
quem homo habet erga Te & amor  
quem habet erga rem amatam à suo  
amico & amor quem amicus habet er-  
ga rem amatam ab amante ipsum; &,  
sicut corpus hominis non posset reci-  
pere formam sensualem sinè quatuor e-  
lementis, ita iste amor non posset re-  
cipere formam intellectualem sinè qua-  
tuor predictis figuris amoris.

27. Sed, quando homo, *Domine*,  
amat

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVII. 59*  
amat rem amatam à suo amico quin  
amet Te, tunc non potest justè & ve-  
rè amare rem amatam à suo amico;  
quia, sicut anima hujus hominis habet  
injuriosam memoriam obliviscendo Te  
& injuriosum intellectum ignorando Te  
& injuriosam voluntatem non amando  
Te, ita habet falsam memoriam & in-  
tellectum & voluntatem amando rem  
quam amat suus amicus.

28. k. *O Domine DEUS, quies ama-  
tor veri amoris & veri valoris! Nona-  
res est amor quem homo habet erga a-  
mantes suum amicum: unde dicimus quòd  
volentem amare suum amicum amando  
illos qui ipsum amant oporteat ina-  
morare suam animam erga Te memo-  
rando & intelligendo & volendo Te;  
quia, sicut homo non potest amare su-  
um amicum nisi amet illos qui ipsum  
amant, ita non potest amare amantes  
suum amicum nisi sua anima memoran-  
do & intelligendo & volendo sit ina-  
morata de Te.*

29. Igitur, cùm multi homines, *Do-  
mine,*

60 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
mine , sint falsi & fraudulenti amatores,  
qui vult amare amantes suum amicum  
oportet quòd priùs amet Te ut amor  
quem habet erga Te eum dirigat ad a-  
mandum amatores sui amici ; quia, nisi  
homo amaret falsos amatores sui ami-  
ci , non verè amaret suum amicum &  
putando amare eum ipsum disamaret ha-  
bendo bonam intentionem ; quoniam si-  
cut homo cæcus est indirectus in sua  
via per privationem visus , ita est ho-  
mo indirectus in amando amatores sui  
amici quando non est tuus fidelis a-  
mator.

30. Unde benedictus sis , *Domine DE-*  
*US* ; quia multi falsi homines ita falsò  
amant falsos amatores sui amici sicut  
falsò amant suum amicum amatum à fal-  
sis amatoribus , & hoc evenit quia Te non  
amant verè ; nam quia Tu es Dominus  
Creator infinitus æternus & perfectus in  
omnibus perfectionibus , oportet quòd  
volentem amare suum amicum in ama-  
toribus qui cum amant priùs amet Te  
& postea suum amicum & postea ama-  
tores

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVIII.* 91  
tores amantes ipsum , quia aliter non  
posset homo esse suo amico verus & fi-  
delis amator nisi prius esset amator sui  
honorati Creatoris & gloriosi DEI.

## CAPUT CCCVIII.

*Quomodo homo amet suum inimicum.*

1. a. **O** *DEUS honorate mirabilis, qui es honoratio & honor omnium valorum!* Qui vult amare suum inimi-  
cum , oportet , *Domine* , quod prius  
memoret & intelligat & amet Te ut ha-  
beat justitiam & misericordiam & hu-  
militatem & patientiam & abstinentiam  
& veritatem & alias virtutes quibus  
possit amare suum inimicum, quem non  
potest amare sine virtuosis memorare &  
intelligere & velle.

2. Igitur, cum hoc ita sit, qui vult  
amare suum inimicum , oportet, *Domi-  
ne* , quod eum amet sensualiter, & intel-  
lectualiter eum tribus virtutibus animæ  
quibus potest adducere de potentia in  
actum

62 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
actum amorem, dummodo sciat memorare & intelligere & velle Te & sensualitates & intellectualites sui inimici per ordinatam memoriam & intellectum & voluntatem; quia, sicut artifex habet artem per quam artificialiter facit venire de potentia in actum formas potentiales, ita potest homo habere artem per quam faciat venire amorem de potentia in actum, dummodo sciat uti & frui virtutibus animæ.

3. *Gloriose Domine!* Qui vult intrare in inquisitionem artis per quam possit amare suum inimicum, oportet quod dictam artem inquirat in *novem* rebus, quæ sunt *justitia*, *misericordia*, *veritas*, *patientia*, *humilitas*, *alteratio*, *imaginatio*, *mortificatio*, & *natura*; quia, sicut sensualiter componitur corpus ex materia & forma, ita intellectualiter amor erga inimicum generatur in actualitate quando homo in sua memoria & intellectu & voluntate habet novem prædictas res.

4. b. *Fortis Domine super omnes fortitudines,*

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVIII. 63*  
*tudines, gloriose Domine super omnes glo-*  
*rias! Prima res est justitia: unde dici-*  
*mus quod volentem amare suum inimi-*  
*cum oporteat memorare & intelligere*  
*& amare Te ut formetur justitia in sua*  
*memoria & intellectu & voluntate, per*  
*quam justitiam potest homo amare su-*  
*um inimicum quando memoria justè*  
*cum memorat & intellectus justè cum*  
*intelligit; quia voluntatem oportet ama-*  
*re id quod memoria justè memorat &*  
*intellectus justè intelligit, cùm ipsa sit*  
*proprietas exiens à memoria & intel-*  
*lectu.*

s. Unde benedictus sis, *Domine DE-*  
*US; quia, quando homo recipit justiti-*  
*am in habitu & memorat & intelligit*  
*inimicitiam sui inimici, tunc sua justi-*  
*tia format amorem in voluntate; quia,*  
*sicut ex magna albedine & magna ni-*  
*gredine generatur valde pulcher color*  
*tertius, ita generarur valde magnus amor*  
*in voluntate hominis quando memorat*  
*& intelligit tuam justitiam & malevo-*  
*lentiam sui inimici; &, sicut homo cho-*

lericus

64 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
lericus accidentaliter fit phlegmaticus,  
ita amor hominis, cò quòd exeat à jus-  
ta memoria & intellectu & voluntate,  
convertit memoriam & intellectum &  
voluntatem sui inimici in justitiam per  
quam inimicus fit amicus.

6. Sed , quando homo , *Domine*, vult  
amare suum inimicum & non figurat  
nec format in justitia suam memoriam  
& suum intellectum & suam voluntatem,  
tunc sinè justitia memorat & intelligit  
malevolentiam sui inimici ; & , quia eam  
memorat & intelligit sinè justo memo-  
rare & intelligere , sua voluntas fit ini-  
mica voluntatis inimici , & ideo ambo  
sunt inimici ad invicem ; & , sicut unum  
contrarium dat significationem de alio,  
ita quò plus memoria hominis memo-  
rat & intellectus intelligit malevolentia-  
m sui inimici cò plus voluntas multi-  
plicat suam iram & suum furorem con-  
tra ipsum inimicum.

7. C. O *Domine DEUS* , qui mentem  
sui servi defendis à servitute potentiae  
sensitiva ! Secunda res est misericordia:  
unde

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVIII. 65*  
unde dicimus quod volentem amare suum inimicum oporteat memorare & intelligere & amare Te ut Misericordia quae est in Te formet & figuret misericordiam in memoria & intellectu & voluntate suae animae, & quando sua anima receperit habitum misericordiae in sua memoria & intellectu & voluntate tunc misericorditer memorabit & intelliget & volet suum inimicum, & ideo amabit ipsum.

8. Igitur, quia misericordia, *Domine*, convenit in natura & proprietate cum perfectione & bono, & duritia cordis quae est contraria misericordiae convenit in natura & proprietate cum defectu & malo, & perfectio & bonus habent majorem vim & fortitudinem quam defectus & malum, propterea misericordia hominis amantis suum inimicum vincit & superat crudelitatem quae est in memoria & intellectu & voluntate ipsius inimici, & alterat ipsum in amicum faciendo eum misericordem & virtuosum: igitur, cum  
E hoc

66 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
hoc ita sit, propterea mandasti ho-  
mini amare suum inimicum ut ei sit  
occasio misericordiae & virtutis.

9. Nam, quando homo, *Domine*,  
habet bonam & misericordem memo-  
riam & intellectum & voluntatem erga  
suum inimicum, suus inimicus memo-  
rat & iutelligit bonam & misericordem  
memoriam & intellectum & voluntatem  
ipsius & memorat & intelligit se habe-  
re erga illum malam & crudellem me-  
moriā & intellectum & voluntatem;  
&, quando inimicus hoc memorat &  
intelligit, conscientia habet in co-  
portanti apertam per quam venit de po-  
tentia in actum & privat crudelitatem  
à memoria & intellectu & voluntate  
ipsius & facit cum habere misericor-  
dem memoriam & intellectum & vo-  
luntatem erga hominem amantem ip-  
sum.

10. d. *Liberalis Domine, qui meum*  
*cor facis abundare amore & meos ocu-*  
*los lacrymis & ploratibus!* Tertia res  
est veritas: unde dicimus quod vo-  
lentem

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVIII.* 67  
lentem amare suum inimicum oporteat memorare & intelligere & velle Te, ut Veritas quæ est in Te vestiat & formet suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem veritate per quam verè memoret & intelligat & velit suum inimicum.

ii. *Gloriose Domine!* Quando homo verè memorat & intelligit & amat suum inimicum, & suus inimicus non memorat nec intelligit nec amat Te, tunc est homo falsò memoratus & intellectus à suo inimico, & ex falsa memoria & intellectu inimici formaatur falsa voluntas erga illum, & propterea est pugna & contrarietas inter memoriam & intellectum & voluntatem utriusque; sed anima hominis amantis suum inimicum pugnat & se defendit cum veritate, & anima sui inimici pugnat & se defendit cum falsitate; & quia veritas est de natura & proprietate essendi & falsitas est de natura & proprietate non essendi, & esse habet multò maiorem potes-

68 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
potestatem quàm non esse , propterea  
falsitas vincitur & superatur à verita-  
te , & per hoc inimicus fit amicus  
fidelis & verus illius hominis qui eum  
verè amat.

12. Igitur , cùm hoc ita sit, *Do-  
mine* , qui vult ex inimico facere a-  
micum, sciat oppugnare falsitatem ini-  
mici cum veritate , quia , veritas est  
multo fortior & potentior quàm fal-  
sitas èò quòd falsitas non juvetur nisi  
à se ipsa & à Dæmonie & à privatio-  
ne , & veritas juvetur à Te & ab An-  
gelis & à gloria Virgine & à se ipsa  
& ab esse ; igitur , cùm omnes res à  
quibus juvatur veritas sint potentio-  
res quam res à quibus juvatur falsitas,  
per hoc significatur humano intellec-  
tui possibile esse omni homini vince-  
re suum inimicum cum vera memoria  
& intellectu & voluntate.

13. e. *Patiens Domine plene patien-  
tia & amore!* *Quarta res est patientia:*  
unde dicimus quòd volentem amare  
suum inimicum oporteat memorare  
&

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVIII. 69*  
& intelligere & velle Te, ut magna  
Patientia quæ est in Te figuret & for-  
met in sua memoria & intellectu &  
voluntate habitum patientia per quam  
patienter possit memorare & intelligere  
& velle suum inimicum.

14. Sed , quando homo, *Domine*,  
non memorat & intelligit & amat  
Te, tunc non habet qui formet pa-  
tientiam in sua memoria & intellectu  
& voluntate , & propterea quando  
vult amare suum inimicum sua me-  
moria memorat & suus intellectus in-  
telligit impatientiam ipsius inimici , &  
ideo sua voluntas non habet patien-  
tiam nisi anima habeat eam forma-  
tam in habitu per memorare & in-  
telligere & amare tuam Patienti-  
am.

15. Unde benedictus sis , *Domine*  
*DEUS*; quia , quando inimicus impa-  
tiens memorat & intelligit quòd homo  
habeat erga ipsum patientem memo-  
riam & intellectum & voluntatem ,  
tunc conscientia movet voluntatem ip-  
sius

70 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
fius ad recipiendum formam amoris  
& ad reliquendum & privandum for-  
mam odii à se ipsa; &, quando ho-  
mo amans suum inimicum memorat  
& intelligit impatientiam ipsius & pa-  
tientiam suæ memoriæ & intellectus &  
voluntatis , tunc sua amina est in valde  
magno labore ad habendum patienti-  
am , & per istum laborem est digna  
habere ipsam & lucrari meritum per  
eam & vincere impatientiam sui ini-  
mici , quæ victoria est major & ma-  
joris meriti quæ consequi possit ab  
ulla memoria & intellectu & volun-  
tate.

16. f. *O Domine, qui es in meis cogi-  
tationibus & in meis amoribus! Quin-  
ta res est humilitas: unde dicimus  
quòd volentem amare suum inimicum  
oporteat memorare & intelligere &  
amarre Te ut tua Humilitas formet  
humilitatem in sua memoria & intel-  
lectu & voluntate , & per habitum  
humilitatis in eis formatum sit occa-  
sionatus & directus ad amandum suum  
inimicum.*

17. Nam,

17. Nam, sicut tua magna Humilitas, *Domine*, quando memoratur & intelligitur & amatur à Christianis, format in memoria & intellectu & voluntate ipsorum mandatum moraliter figuratum ut cant ad prædicandum infidelibus, ita ipsa, quando memoratur & intelligitur & amatur, format in anima hominis humilitatem per quam homo se humiliat ad amandum suum inimicum; quia in hoc, quod humilitas Te fecerit incarnari & mori pro homine, format & demonstrat homini quomodo se humiliet ad moriendum ut det laudem & honorem de suo Creatore apud infideles; &, sicut Tu es excusatus infidelibus habentibus bonam intentionem in sua fide, & hanc excusationem habes quia onerasti Christianos ad faciendum pro amore Tui id quod fecisti pro amore ipsorum, ita Christiani non sunt excusati si non prædicens infidelibus qui non honorant nec amant nec cognoscunt tuam gloriosam

72 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
sanam Trinitatem nec tuam sanctam  
Incarnationem gloriosam.

18. Unde Benedictus sis, *Domine DEUS*; quia, quando homo humilis memorat & intelligit superbiam memoriam & intellectum & voluntatem sui inimici quem amat, & adeo amat humilitatem quod velit contemni à suo inimico, tunc sua humilitas est ei occasio privandi superbiam à memoria & intellectu & voluntate sui inimici & ponendi in eis humilitatem; sed, quando hypocritæ habent habitum humilitatis in potentia sensuali per vestes vel verba vel victualia, & in potentia rationali habent superbiam memoriam & intellectum & voluntatem, tunc sunt inimici omnium illorum qui suam hypocrisim cognoscunt & omnium illorum qui eos non honorant nec laudant & qui non se ostendunt cœcos & ignorantibus falsitatem & hypocrisim eorum.

19. g. *O Domine DEUS, qui es supremum*

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVIII. 73*  
premium Bonum omnium bonorum &  
supremus Honor omnium honorum!  
Sexta res est alteratio: unde dicimus  
quod volenter amare suum inimi-  
cum oporteat habere artem & indus-  
triam per quam sciat alterare & mu-  
tare suam voluntatem; quia, quan-  
do homo memorat & intelligit ini-  
micitiam & malevolentiam sui inimi-  
ci, sua voluntas vult sumere figuram  
inimicitiae eodem quod velit exire à me-  
moria secundum quod memorat &  
ab intellectu secundum quod intelli-  
git; &, quia sua memoria memorat  
& suus intellectus intelligit inimici-  
tiam & malevolentiam in inimico,  
sua voluntas vult odire illum quo us-  
que vertatur & alteretur in velle con-  
trarium illi quod ipsa vult figurare  
secundum formam memoriæ & intel-  
ligentiae.

20. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia, qui vult amare suum inimicum secundum prædictum mo-  
dum, oportet de necessitate quod

VCI-

vertat & invertat suam voluntatem sicut homo vertit tabulam & id quod est supra facit esse infra ; quoniam, quando memoria memorat & intellectus intelligit inimicum habere malevolentiam , & voluntas se vult formare in forma inimicitiae eò quòd velit esse similis memoriae & intellectui ex quibus exit , potentia rationalis per discretionem debet eam alterare & invertere in secundam figuram , & non debet sinere eam formari in prima figura , in qua eam formarent memoria & intellectus nisi potentia rationalis per discretionem eam alteraret.

21. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* ; quia per hoc , quòd homo alteraverit suam voluntatem in amorem sui inimici , est sua voluntas occasio alterandi malevolentiam inimici memorantis & intelligentis magnum amorem & patientiam quam habet homo erga ipsum : igitur , cùm hoc ita sit & multi homines velint ama-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVIII. 75*  
amare suum inimicum & non sciant  
habere artem & modum amandi ip-  
sum, sciant memorare & intelligere  
quomodo alterent suam voluntatem  
quando memoria & intellectus volunt  
in ea figurare inimicitiam, quia per  
hanc alterationem voluntatis est eis  
possibile amare suum inimicum &  
alterare & convertere eum in ami-  
cum.

22. h. *DEUS gloriose, qui tuum  
servum facis amare & velle contra-  
rium sue voluntati! Septima res est  
imaginatio: unde dicimus quod vo-  
lentem amare suum inimicum opor-  
teat privare à sua imaginatione ini-  
micitiam sui inimici & ponere in sua  
imaginatione aliquam excusationem  
ad excusandum malevolentiam ipsius;*  
quia, in quantum imaginativa omit-  
tit imaginari inimicitiam & imagina-  
tur aliquam excusationem malevulen-  
tiæ sui inimici, in tantum occasio-  
nat voluntatem ad amandum ipsum.

23. *Gloriose Domine! In quantum  
ho-*

76 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
homo melancholicus utitur plus vic-  
tualibus frigidis & siccis quam ullis  
aliis, in tantum plus auger & mul-  
tiplicat suam melancholiā; & simi-  
liter accidit potentiae imaginativae,  
quia in quantum homo eam sinit  
imaginari inimicitiam sui inimici &  
vindictam quam vult sumere ab eo,  
in tantum captivatur & incarceratur  
sua voluntas in malevolentia erga ip-  
sum: igitur, sicut melancholia sanar-  
tur & mortificatur per res contra-  
rias, ita imaginatio hominis volen-  
tis amare suum inimicum sanatur  
per imaginari res contrarias inimi-  
citat ipsius.

24. *Virtuose Domine!* Qui vult a-  
mare suum inimicum, oportet quod  
constringat & incarceret suam imagi-  
nationem ne imaginetur defectus qui  
sunt in inimico, & oportet quod, si  
aliqua virtus vel aliquid bonum est  
in eo, imaginetur illud quantum  
possit; quia per hoc, quod imagi-  
natio non imaginetur defectus inimi-  
ci

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVIII. 77*  
ci & imageretur bona & virtutes  
ipsius, formatur amor in voluntate  
hominis volentis amare suum inimi-  
cum; sed, quia aliqui homines ne-  
cii volunt amare suum inimicum ima-  
ginando mala & vitia quæ sunt in  
eo, & non omittunt imaginari illa  
nec memorant & imaginantur bona  
& virtutes ipsius, propterea est eis  
impossibile amare suum inimicum  
dum sua imaginatio faciat oppositum  
illius per quod est possibile amare  
ipsum.

25. i. *O Domine DEUS, qui es*  
*thesaurus meæ memoriae & mei intel-*  
*lectus & meæ voluntatis! Octava res*  
*est mortificatio: unde dicimus quod*  
*volentem amare suum inimicum o-*  
*porteat mortificare sensualitates &*  
*intellectualites per quas odit ipsum;*  
*quia, sicut homo occidit arborem*  
*quando occidit & destruit radices*  
*ipsius, ita mortificat homo volunta-*  
*tem ne odiat suum inimicum quan-*  
*do mortificat suas sensualitates & in-*  
*tellec-*

78 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
tellectualates , eò quòd mortifican-  
do eas vivificetur voluntas in aman-  
do illum.

26. Nam , si aliquis sensuum sen-  
sualium vel intellectualium , *Domine* ,  
mortificetur per Rationem quæ vult  
quòd homo amet suum inimicum ,  
alii sensus sensuales & intellectuales  
vivificantur ut sint instrumenta per  
quæ voluntas amet illum ; quia , si  
oculi corporales vident res per quas  
homo odit suum inimicum , oculi  
spirituales debent mortificare illos ne  
videant res quæ sunt occasio inimi-  
citiæ , & intellectualiter debent vide-  
re virtutes quæ sunt occasio amoris  
& amicitiæ .

27. *Glorioso Domine !* Sicut con-  
structor domus commutat lapidem  
qui non convenit loco in quo vult  
ipsum ponere in pariete , ita oportet  
quòd homo commutet unum sen-  
sum pro alio ad mortificandum ini-  
micitiam & vivificandum amicitiam ;  
quia , sicut sensus sunt diversi ab in-  
vicem ,

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCVII. 79*  
vicem , ita oportet quòd mortificen-  
tur illi per quos malevolentia mor-  
tificatur ut vivificantur illi per quos  
amicitia & benevolentia vivificantur.

28. k. *Essentialis Domine perfecte  
in omnibus perfectionibus ! Nona* res  
est *natura*: unde dicimus quòd vo-  
lentem amare suum inimicum opor-  
teat memorare & intelligere similem  
naturam quæ est inter se & ipsum  
inimicum in hoc quòd ambo sint u-  
nius speciei ; quia , sicut est naturale  
quòd animalia irrationalia ament se  
invicem quando sunt unius speciei,  
ita est naturale voluntati hominis vo-  
lentis amare suum inimicum recipere  
formam amoris quando memoria  
memorat & intellectus intelligit na-  
turam inimici esse similem in specie  
cum suam natura.

29. *Virtuose Domine ! Qui vult*  
amare suum inimicum memorat &  
intelligat quomodo propinquitas &  
concordantia , quæ est inter suum  
corpus & suam animam & corpus &  
ani-

80 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
animam sui inimici , sit major quam  
contrarietas & discordantia quæ est  
inter memorare & intelligere & vel-  
le utriusque ; quia suum corpus &  
sua anima sunt ejusdem speciei huma-  
næ cum corpore & anima sui amici,  
& malevolum & injuriosum memo-  
rare & intelligere & velle ipsius ini-  
mici sunt res accidentales accidentaliter  
diversæ & contrariae à benevolo  
& justo memorare & intelligere &  
velle hominis amantis illum : igitur,  
cùm hoc ita sit & aves & bestiæ a-  
ment aves & bestias sibi propinquas  
in natura & proprietate , quare dubi-  
tat homo amare suum inimicum , qui  
substantialiter est ei similis in natura,  
per id quod accidentaliter est contra-  
rium suis accidentibus ?

30. *Amoroſe Domine ! Sicut acci-  
dentaliter pannus albus & pannus ni-  
ger sibi invicem contrariantur , ita  
anima hominis memorantis & intel-  
ligentis & amantis suum inimicum &  
anima inimici memorantis & intelli-  
gentis*

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCIX.* 81  
gentis & odientis ipsum accidentaliter  
contrariantur sibi invicem; sed , si-  
cut pannus albus & pannus niger  
non contrariantur in materia , ita  
ambæ animæ non contrariantur in  
natura substantiali licet contrariantur  
in opere occidentali: igitur , cum  
hoc ita sit , quare odit homo sibi si-  
milem naturam substancialem ratione  
operis accidentalis injuriosi & dispi-  
centis . Tibi qui es noster gloriosus  
DEUS?

## CAPUT CCCIX.

*Quomodo homo cognoscat quinam amor  
sit perfectus & quinam defectuosus.*

i. a. **D**EUS une virtuose vere Pa-  
ter gloriose abundans omnibus  
perfectionibus! Quia amor dividitur in  
sensualem & intellectualem , propte-  
rea , *Domine* , volentes inquirere per-  
fectionem & defectum ipsius oportet  
facere inquisitionem tribus virtutibus  
F ani-

82 R. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
animæ sensualter & intellectualiter,  
quoniam amor uno modo recipit  
perfectionem vel defectum in sensua-  
litate & alio in intellectualitate.

2. Unde, qui vult intrare in hanc  
inquisitionem, *Domine*, necessariò o-  
portet quòd sit virtuosus memoran-  
do & intelligendo & volendo virtu-  
tes & odiendo vitia & defectus, quia  
aliter non posset invenire amorem  
perfectum nec amorem defectuosum;  
quoniam, si intellectus inquirit per-  
fectionem amoris & memoria eam  
non memorat nec voluntas eam amat,  
non potest eam invenire; sed quando  
intellectus inquirit perfectionem amo-  
ris & memoria eam memorat & vo-  
luntas eam amat, tunc est directus ad  
inveniendum quinam amor sit perfectus  
& quinam non.

3. Igitur, cùm hoc ita sit, qui  
vult intrare in hanc inquisitionem o-  
portet, *Domine*, quòd sequantur re-  
gulam prædictam, & oportet quòd  
inquisitionem faciat in *nove* rebus  
quæ

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCIX. 83*  
quæ sunt tua glorioſa Deitas, tua ſan-  
tificata Humanitas, noſtra Domina  
ſancta MARIA, Angelii, Apostoli,  
Clerici, Principes, homines divites, &  
homines opifices.

4. b. O glorioſe Domine, qui meum  
cor calefacis amore & meos oculos ma-  
defacis præ timore! Prima res est tua  
ſancta deitas glorioſa; unde dicimus  
quod intellegamur tuam  
mirabilem Potestatem & tuam virtuoſam  
Sapientiam & tuam valde amoroſam  
Voluntatem habere perfectionem,  
& per perfectionem quæ est in eis signi-  
ficari humano intellectui in tuo Amore  
effe omnem perfectionem & in eo non  
effe ullum defectum; quia, si in tuo  
glorioso Amore effet ullus defectus  
significaretur noſtro intellectui in Te  
effe defectum potestatis vel sapientiae  
vel voluntatis, & hoc est imposſi-  
bilc.

5. Nam tua Potestas, Domine, est  
adeo perfecta, quod poſſit quidquid  
ſcit tua Sapientia & vult tua Volun-  
tas,

84 R. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
tas, & tua sapientia est adeò perfec-  
ta quod sciat quidqnid potest tua Po-  
testas & vult tua Voluntas, & tua Vo-  
luntas est adeò perfecta quod velit quid-  
quid potest tua Potestas & scit tua Sa-  
pientia per se ipsam & per perfectam  
potestatem & voluntatem: igitur, cum  
hoc ita sit, necessariò oportet quòd  
Amor quem habes erga Te & erga crea-  
turas sit perfectus amor; quia, cùm  
tua Potestas & Sapientia & Voluntas  
habeant æqualem perfectionem, est  
impossibile quòd defectus possit priva-  
re perfectionem à tuo Amore, quo-  
niam omnia scis quæ potes scire &  
quæ tua Voluntas vult sciri à tua Sa-  
pientia.

6. *Cælestis Domine!* Tuus Amor  
est una res in Te sinè ulla diffe-  
rentia; sed, quia quidam homines  
sunt justi & alii peccatores, per hoc  
significatur humano intellectui quòd  
anies quosdam homines intuitu Jus-  
titiæ & aiios intuitu Misericordiæ;  
quoniam, si omnes homines amares  
per

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCIX.* 85  
per Justitiam, significaretur quod non  
esses amator misericordiae & indulgen-  
tiae; &, si omnes homines amares  
per Misericordiam, significaretur quod  
non esses amator æquitatis & justitiae;  
&, si ita esset, significaretur defec-  
tus in tua Voluntate; &, si defec-  
tus esset in ipsa, etiam esset in tua  
Potestate & Sapientia, quia tua Vo-  
luntas esset defectuosa per privatio-  
nem perfectionis in potestate quæ non  
posset perficere ipsam Voluntatem, &  
per privationem perfectionis in sa-  
pientia quæ non sciret quomodo tua  
Voluntas haberet perfectionem in hoc  
quod amat; &, si ita esset, tua Po-  
testas & sapientia & Voluntas non  
essent Divinæ, quod est de majoribus  
impossibilitatibus quæ esse possint.

7. c. *Domine sancte gloriose, qui*  
*Te incarnasti ad significandum perfec-*  
*tionem tuarum perfectarum Qualita-*  
*tum!* Secunda res est tua gloria  
*Humanitas:* unde dicimus quod, ut  
jam probavimus, intellectualiter in-  
telliga-

86 R. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
telligamus tuam gloriosam Humanitatem esse unitam & conjunctam cum tua excellenti Deitate: igitur, cùm hoc ita sit, sicut sensualiter forma corporalis est plena per materiam quæ eam compleat quoad longitudinem & latitudinem & profunditatem, & ipsa forma compleat locum, ita intellectualiter significatur quòd glriosus amor tuæ virtuosæ Humanitatis sit perfectus & completus per conjunctionem tui perfecti Amoris divini.

8. Nam adeo magna est perfectione, Domine, quam recipiunt à tua Deitate tua memoria & tuus intellectus & tua voluntas, quòd in tuo amore humano non possit esse ullus defectus sensualis nec intellectualis; & propterea quando eras in hoc mundo numquam peccatum mortale nec veniale fuit in tua Humanitate, quia ipsa adeo perfectè amavit, quòd sua memoria numquam se moverit ad memorandum nec suus intellectus ad intcl-

intelligendum aliquid cum voluntate  
volente & amante peccatum aut va-  
nitatem aut vanam gloriam aut ali-  
quām delectationem temporalem.

9. *JESU Christe Domine!* Adeo est  
magnus & perfectus amor quem Tu  
habes erga tuum populum, quod pro  
eo volueris esse pauper & torqueri  
& mori, & præ magno amore quem  
habes erga nos voluisti quod Hostia  
sacrata convertatur in tuum sanctum  
Corpus gloriosum & Vinum sacramum  
in tuum pretiosum Sanguinem ut præ-  
fentialiter sis nobiscum & nos sancti-  
ficemur à Te; & adhuc ultra præ  
magno amore quem habes erga to-  
tam humanam speciem voluisti per  
humilitatem & per labores & pau-  
pertatem & mortem quam sustinuisti  
onerare & obligare Christianos, ut  
sint præcones apud infideles ut ve-  
niant ad viam veritatis: unde bene-  
dictus sis, *Domine DEUS*, quia nun-  
quam præcones fuerunt adeo bene-  
locati nec admoniti nec obligati,

nec

88 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III,  
nec unquam fuit ullus dominus ad eo  
excusatus suo populo sicut Tu, si  
præcones non adimplent mandatum  
quod eis fecisti sustinendo paupertati  
& famem & siti & opprobria  
& tormenta & mortem ut nos pro  
tuo amore idem facceremus.

10. d. O Domine humilis, à quo  
recipiunt gratiam & benedictionem  
omnes humilitates! Tertia res est nos-  
tra Domina sancta MARIA Virgo glo-  
riosâ: unde dicimus quod sensualiter  
sentiamus & intellectualiter intelliga-  
mus nostram Dominam sanctam MARIAM esse valde amatam & lauda-  
tam & rogatam & invocatam in hoc  
mundo, & valde succurrere nobis &  
adjuvare nos in nostris necessitatibus  
& facere multa miracula: igitur,  
cum hoc ita sit, per hoc significa-  
tur humano intellectui quod amor  
nostræ Dominæ sit valde perfectus &  
valde excellens; quia, si talis non  
esset ipsa non esset digna esse tua Mater  
neque adeo amari & rogari & hono-  
rari ab hominibus.

ii. In

ii. In hoc , quod nostra Domina habuerit gratiam super omnes mulieres ut Virgo conciperet & pareret verum DEUM & verum Hominem, significatur , *Domine* , quòd in sua anima non fuerit nec sit ullus defectus amoris ; quia , si in amando habuisset defectum , non potuisset conceperre nec parere perfectè. Etiam per hoc , quòd nostra Domina amaverit in hoc mundo paupertatem & non amaverit vanitatem hujus mundi nec delectationes temporales , significatur quòd in ea fuerit & sit perfectus amor; quia , in quantum iste mundus & suæ vanitates amantur , in tantum significatur defectus in voluntate quæ res defectuosas amat , cùm nulla res possit carcere defectuoso amore quæ desiderat & amat res habentes defectum.

12. *Juste Domine!* Ad eo compleatur amore & placito nostra Domina sancta MARIA memorando & intelligendo & amando tuam gloriosam Deitatem

Deitatem & suum gloriosum Filium, quòd defectus non habeat viam nec portam per quam possit intrare in memoriam nec in intellectum nec in voluntatem ipsius: igitur, si omnis anima habet in hoc mundo perfectionem in sua memoria & in suo intellectu & in sua voluntate, dummodo memoret & intelligat & amet nostram Dominam, unde posset provenire quòd ipsa nostra Domina, quæ est in gloria in qua est omnis perfectio & quæ memorat & intelligit & amat tuam Deitatem & ejus opera & suum Filium & ejus opera, haberet defectum in amando? hoc est impossibile.

13. c. *Sanctificate Domine in omnibus gloriis honorate in omnibus honorationibus!* Quarta res sunt Angeli: unde dicimus quòd, quia Angeli Te memorant & intelligunt & amant, formetur in sua voluntate perfectus amor; quoniam de necessitate oportet ipsis habere perfectum amorem  
cō

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCIX. 91*  
cò quòd Te memorent sinè oblivio-  
ne & Te intelligant sinè ignorantia &  
Te ament sinè disamore , quia adeo  
est magna tua Perfe~~c~~ho quòd om-  
nem memoriam quæ eam memorat  
perficiat & compleat , & hoc idem  
est de omni intellectu qui eam intel-  
ligit & de omni voluntate quæ eam  
amat.

14. *Perfecte Domine!* Quando con-  
sideramus quòd Dæmones memorent  
& intelligant tuam Perfectionem quin  
eam obliviscantur & ignorent , &  
consideramus quòd sua voluntas non  
amet in tua Perfectione id quod sua  
memoria memorat & suus intellectus  
intelligit in ea , tunc significatur nos-  
tro intellectui in voluntate dæmonum  
formari & figurari defectuosum amo-  
rem , quia sua voluntas non potest  
esse perfecta non amando Perfectio-  
nem quam sua memoria memorat &  
suus intellectus intelligit in Te ; & per  
defectum qui est formatus in sua vo-  
luntate formatur defectus in sua me-  
moria

92 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
moria & in suo intellectu , quia per-  
fectior esset sua memoria & suus  
intellectus si sua voluntas amaret per-  
fectionem quam memoria memorat  
& intellectus intelligit , quam nunc  
quando sua voluntas eam non amat.

15. Unde benedictus sis , *Domine* ,  
*DEUS* , quia per hoc quod Angeli  
memorent & intelligent & amant  
tuam Perfectionem sequitur sua vo-  
luntas perfectionem & vult amare &  
custodire & salvare & defendere nos  
à defectu per quem vadit homo ad  
pœnas perdurabiles ; & per hoc quod  
dæmones memorent & intelligent  
tuam Perfectionem & eam non amant  
sequitur sua voluntas defectum & de-  
siderat privare perfectionem à rebus  
in quibus est & vult in eis ponere  
defectum , & propterea dæmones sunt  
contrarii tuis perfectis mandatis &  
volunt nos captivare in perdurabili-  
bus tormentis & privare æternalibus  
perfectionibus ; & , quia quidam ho-  
mines consentiunt admonitionibus an-  
gelicis

gelicis & alii diabolicis , propterea quidam eunt per vias perfectas ad perfectiones perdurabiles & alii eunt per vias defectuosas ad ignem & ad poenias sive fine.

16. f. *Creator Domine omnium principiorum potens in omnibus potestatisbus!* *Quinta* res sunt *Apostoli*: unde dicimus quod sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus Apostolos & alios Mattyres esse in hoc Mundo valde amatos & honoratos & invocatos ab hominibus: igitur , cum hoc ita sit , per hoc significatur quod ipsi habuerint & habeant perfectum amorem , quia aliter non esset dignum nec rationabile quod in hoc Mundo essent adeo culti & celebrati & honorati sicut sunt.

17. Unde benedictus sis , *Domine DEUS*; quia , sicut semen oportet mortificari prius quam potentia vegetativa possit afferre fructum , ita voluntatem Apostolorum & Martyrum & Sanctorum gloriae oportuit in hoc

Mun-

94 B. Raym. Lulli. Lib. Contempl. Vol. III.  
Mundo mortificari amando sustinere  
dolores & languores & afflictiones &  
labores & mortem pro tuo amore &  
haborrendo & contemnendo prospe-  
ritates & delectationes & divitias &  
vanam gloriam hujus Mundi ut for-  
tificaretur & vivificaretur & perfice-  
retur in cœlesti gloria , quæ est talis  
quòd in ea non sit digna esse ulla  
creatura quæ non habeat perfectum  
amorem & perfectam voluntatem : igi-  
tur , cùm hoc ita sit , propterea vo-  
luerunt Apostoli mortificare suam vo-  
luntatem in hoc Mundo ut ipsa per-  
ficeretur in gloria perfecta.

18. *Perfecte Domine!* Adeo perfec-  
tam voluntatem habuerunt Apostoli  
& sui Discipuli in hoc Mundo , quòd  
plures homines converterint ad sanc-  
tam Fidem Catholicam quàm omnes  
alii Christiani qui fuerunt ab illo  
tempore usque nunc : igitur , cùm  
Apostoli & sui Discipuli fuerint in  
adeo parvo numero in comparacione  
Christianorum qui ab illo tempore  
fuc-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCIX. 95*  
fuerunt usque modo , secundum hoc  
significatur quod ipsi habuerint in  
hoc Mundo perfectiorem amorem  
quam omnes nos: igitur , cum hoc  
ita sit , quis posset estimare magnam  
perfectionem & devotionem & mag-  
num fervoreni qui fuit in amare A-  
postolorum ? & quis posset estimare  
magnum defectum qui est in nostrò  
amore ? unde gloria & benedictio sit  
Tibi , *Domine DEUS* , & placeat Ti-  
bi quod in brevi tempore redeat &  
sit inter nos sanctus amor & magnus  
fervor & devotio quam sancti Apos-  
toli habuerunt in hoc mundo ad ho-  
norandum & laudandum suum glo-  
riosum DEUM & ad ei serviendum.

19. g. *O Domine vere DEUS , qui  
in anima tui servi fixisti & firmasti  
quatuordecim Articulos ! Sexta res sunt  
Clerici & Prelati Sanctae Fidei Roma-  
ne : unde dicimus quod sensualiter  
sentiamus & intellectualiter intelliga-  
mus Prælatos & Clericos habere po-  
testatem & scientiam sufficientem ad*  
mons-

96 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
monstrandum & prædicandum veram  
viam Sarracenis & Judæis & Tartaris  
& alilis infidelibus qui sunt contrarii  
sanctæ Fidei catholicæ; quia , nisi  
hanc potestatem & scientiam habe-  
rent , significaretur humano intellec-  
tui vel quòd non essent in veritate  
vel quòd non haberent liberam vo-  
luntatem ad laudandum Te & ser-  
viendum Tibi sustinendo graves la-  
bores & angustiosam mortem quam  
Tu sustinuisti pro amore nostri ; &  
si hoc ita esset , significaretur quòd  
in Te esset defectus voluntatis in hoc  
quòd non ordinasses in Prælatis &  
Clericis esse potestatem & scientiam  
per quam sua voluntas haberet liber-  
tatem essendi perfecta in amando Te  
& in serviendo Tibi.

20. Igitur , cùm sit impossibile,  
*Domine* , quòd in tua Voluntate sit  
ullus defectus , significatur quòd per-  
fectio quæ est in tua Voluntate ordi-  
naverit quomodo in Prælatis & Cle-  
ricis sit potestas & scientia sufficiens  
ad

*Lib. Dist. V. XXXIX. Cap. CCCIX.* 97  
ad monstrandum infidelibus veritatem:  
unde , sicut Tu posuisti in Prælatis &  
Clericis potestatem & scientiam per  
hoc quòd sint multi & habeant suf-  
ficiētē Scientiam , ita tua perfecta  
Voluntas ordinavit quòd in eis sit li-  
bera voluntas volendi prædicare &  
dirigere errantes ut Tu honoreris in  
eis & ipsi glorificantur & beatificen-  
tur in Te , quam ordinationem fecit  
tua Voluntas volendo tuam Humaniti-  
tatem tradere paupertati & morti pro  
nobis ut illorum voluntas veniret  
totaliter libera ad amandum Te in  
tantum , quòd ad honorandum Te  
& ad salvandum infideles prædicarent  
eis quin dubitarent sustinere labores  
& mortem pro Te.

21. Unde benedictus sis , *Domine*  
*DEUS*; quia , si Prælati & Clerici  
haberent adeo magnam voluntatem  
prædicandi errantibus & dirigendi  
eos in viam veritatis sicut habent po-  
testatem & scientiam , in brevi tem-  
pore esset totus Mundus Christianus;

G &,

98 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
&, quia voluntas Prælatorum & Cle-  
ricorum est in motiva intellectuali  
majoris quantitatis quam in motiva  
sensuali, tuus servus Te precatur &  
a Te petit gratiam ut des perfectio-  
nem voluntati sensuali illorum quo-  
que æqualificetur cum voluntate in-  
tellectuali in potentia motiva ut vo-  
luntas fiat æqualis potestati & scien-  
tiæ sensuali & intellectuali.

22. h. *Æterne Domine gloriose sine  
fine & sine principio! Septima res sunt  
Principes & equites & populi Christia-  
ni: unde dicimus quod sensualiter  
sc̄ntiamus & intellectualiter intelliga-  
mus Principes & equites & suos po-  
pulos habere potestatem & scientiam  
sufficientem ad recuperandum sanc-  
tuin Sepulchrum civitatis Jerusalēm  
& omnia alia loca quæ Saraceni &  
alii infideles possident; sed, quia sua  
voluntas est defectuosa & non amat  
Te perfectè, propterea est major po-  
testas & scientia quam eis dedisti quām  
voluntas, quam in eis ordinasti esse li-  
beram*

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCIX.* 99  
beram ut liberè velit esse æqualis po-  
testati & scientiæ , quam ordinationem  
fecisti tuo pretioso Sanguine quem ef-  
fudisti ut nos effunderemus nostrum pro  
tuo amore.

23. *Virtuose Domine!* Non est ul-  
lus defectus adeo magnus & adeo  
culpabilis, sicut defectus qui est in  
voluntate , quia defectus qui sit in  
potestate & in scientia non affert  
culpam , cùm omnis homo sit excu-  
satus dummodo non habeat potesta-  
tem nec scientiam ; sed , quando ho-  
mo habet potestatem & scientiam &  
non vult habere voluntatem quam  
potest habere si vult , non est excu-  
satus , imò est culpabilis, quia libertas  
plus stat in voluntate quàm in po-  
testate & scientia eò quòd qui non  
potest habere potestatem & scientiam  
in aliqua re, non habeat libertatem  
in illa potestate & scientia ; sed , qui  
habet liberam voluntatem utendi sua  
potestate & sua scientia , habet cul-  
pam quando non vult id quod po-  
test

100 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
test facere per perfectam potestatem  
& scientiam: igitur, cùm hoc ita  
sit, secundùm hoc significatur, *Do-  
mine*, quòd in quantum est magna  
potestas & scientia Christianorum in  
tantum sit obligata eorum voluntas  
ad volendum causam finalem propter  
quam est eis data perfecta potestas  
& scientia sufficiens ad ordinandum  
quomodo totus Mundus sit Christia-  
nus.

24. Unde benedictus sis, *Domine  
DEUS*; quia, si Tu cogeres volunta-  
tem Christianorum ut esset adeo mag-  
na in faciendo bonum sicut est co-  
rum potestas & scientia, libera vo-  
luntas esset in eis constricta; &, si  
talis esset, perdidisset perfectionem  
ad quam liberè venit volendo sinè  
constrictione id ad quod habent per-  
fectam potestatem & scientiam: igi-  
tur, quia Tu non es contrarius ulli  
tuarum creaturarum & maximè volun-  
tati humanæ quæ est de melioribus  
creaturis quæ sint per creationem,  
prop-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCIX. 101*  
propterea voluisti esse homo & mori  
pro homine, ut nostra voluntas liberè  
pro tuo amore velit uti potestate &  
scientia quas nobis dedisti ; sed , quia  
voluntas malorum Christianorum est  
inversa per peccata & defectus , propte-  
rea per defectum voluntatis non potest  
potestas , nec scit scientia ipsorum di-  
rigere Mundum & dare ipsum totum  
sanctæ Fidei Romanæ.

25. i. *Benedicte Domine gloriose per-  
fecte in omnibus amoribus ! Octava res*  
sunt *homines divites* : unde dicimus  
quòd sensualiter sentiamus & intellec-  
tualiter intelligamus in hoc mundo  
esse multos homines divites bonis  
mobilibus & immobilibus , & adeo  
amare divitias quas possident quòd  
præ magna possessione quam ipsi ha-  
bent sint multi pauperes habentes in-  
digentiam bonorum temporalium ad  
suam vitam necessariorum.

26. Igitur , cùm hoc ita sit , *Do-  
mine* , per hoc significatur quòd in  
hoc mundo sit valde magnus defectus  
amio-

102 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
amoris , quia divites nimis amant  
suas divitias in hoc quòd ament eas  
plùs quàm pauperes, & plures velint  
possidere plùs quàm possint, & plures  
velint habere quàm debeant , & pau-  
peres plùs amant divitias divitum  
quàm ipsos divites & plures divitias  
amant quàm possint & debeant ha-  
bere.

27. Unde benedictus sis , *Domine*  
*DEUS*; quia , in quantum voluntas  
hominum divitum amat plùs divitias  
quàm causam finalem propter quam  
ipsæ sunt eis datæ , in tantum est de-  
fectuosa in suo amore ; quoniam , in  
quantum est magna causa finalis pro-  
pter quam sunt homini datæ divitiae,  
in tantum debet homo formare suam  
voluntatem magnam in amando ipsas;  
& similiter est de voluntate paupe-  
rum , quia ipsi tantum deberent de-  
siderare divitias quanta est finalis ra-  
tio propter quam ipsi sunt pauperes;  
& , quia multi pauperes amant & de-  
siderant majores divitias quàm opor-  
“ teat

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCIX. 10;*  
teat desiderare , ideo est defectuosa  
sua voluntas in amore & patientia.

28. k. *Sapiens Domine in omnibus  
sapientiis , gratiose in omnibus gra-  
tiis ! Nona res sunt homines opifex:*  
unde dicimus quod sensualiter sentia-  
mus & intellectualiter intelligamus o-  
pifex facere fraudes & deceptions  
ad invicem : igitur , cùm hoc ita sit,  
per hoc significatur quòd non habeant  
perfectum amorem erga se invicem;  
quia , si unus perfectè amaret alium ,  
pellio non faceret ullam fraudem in  
pelle nec pannifex in panno , imò  
pellio manifestaret pannifici defectum  
pellis & pannifex pellioni defectum  
panni , & hoc idem facerent alii o-  
pifex ad invicem.

29. *Juste Domine !* Quia pellio me-  
morat & intelligit defectum pellis &  
vult habere tantum pro pelle quan-  
tum si in ea non memoraret nec in-  
telligeret defectum , propterea forma-  
tur in voluntate pellionis defectuo-  
sum velle & falsus amor , quoniam

VO-

104 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
voluntas non est in natura similis  
memoriæ & intellectui in hoc quod  
velit contra memoriam & intellec-  
tum volendo perfectum pretium pro-  
re memorata & intellecta in defectu;  
sed , si voluntas pellionis vellet habe-  
re pro pelle pretium secundum va-  
lorem quem memoria memorat &  
intellectus intelligit in ipsa pelle,  
tunc formaretur in ea perfectus amor  
& concordantia cum memoria & in-  
tellectu.

30. Igitur , cùm tot sint opifices  
in hoc Mundo & tot sint falsitates  
& fraudes quas faciunt , quis posset  
æstimate , Domine , magnum defectum  
amoris qui est in hoc Mundo , &  
quàm necessaria sit nobis tua dulcis  
Misericordia ? Nam , quando opifex  
vel mercator incipit velle majus pre-  
tium quàm conveniens quod memoria  
memorat & intellectus intelligit , statim  
incipit sua voluntas habere falsum a-  
morem , & statim incipit sua anima  
memorare & intelligere quomodo fa-  
ciat

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCX.* 105  
ciat fraudes & astutias & falsitates in  
re pro qua vult habere plus quam  
conveniat, & statim incipit voluntas  
figurare & induere se habitu falsi &  
defectuosi amoris contrarii excellenti  
amori glorioso tuæ humanæ Naturæ,  
quæ in die suæ Passionis voluit dare  
premium majus quam valcant omnes  
aliæ creaturæ creatæ à Te qui es noster  
gloriosus DEUS.

## CAPUT CCCX.

*Quomodo homo inquirat formam amoris.*

I. a. **O** *DEUS gloriose misericors pie!* Qui vult inquirere formam amoris, oportet, *Domine*, quod inquisitionem faciat tribus virtutibus animæ in rebus sensualibus & intellectualibus, quam inquisitionem oportet fieri in tribus formis, scilicet in forma naturali & in forma artificiali & in forma composita ex naturali & artificiali, qualis est forma speculi.

2. Un-

2. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia, qui vult inquirere amorem in tribus formis prædictis, oportet quòd ordinata memoria & intellectu & voluntate fruatur Te, & utatur Angelis & dæmonibus & firmamento & clementis & clementatis & actione & passione & actu & potentia; quia, si homo haberet inordinatam memoriam & intellectum & voluntatem in aliqua prædictarum rerum, non posset invenire amorem in forma & figura secundùm quam oportet ipsum memorari & intelligi.

3. *Gloriose DEUS!* Sicut forma naturalis convenit cum actione & forma artificialis cum passione & forma media cum actione & passione cò quòd sit composita ex ambabus formis, ita, *Domine*, amor formatur & figuratur in tribus figuris diversis, quia uno modo figuratur in formis naturalibus, & alio in formis artificialibus, & alio in forma media: igitur cùm hoc ita sit, qui vult inquirere

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCX.* 107  
quirere & invenire formam amoris o-  
portet inquirere amorem in omnibus  
tribus prædictis formis.

4. b. *O Domine, qui inamoras tuos  
amatores erga tuas honorationes & tuos  
honores!* Prima ratio dicitur de forma  
naturali: unde dicimus quod sensua-  
liter sentiamus & intellectualiter intel-  
ligamus motum firmamenti esse circu-  
larem, & motum elementorum esse sur-  
sum & deorsum per levitatem & gra-  
vitatem quæ est in eis, & vegetabilia  
& animalia moveri ad generationem  
& corruptionem, & metalla figurari  
forma naturali, & Angelos naturaliter  
habere formam intellectualē, & ideo  
omnes prædictas figuræ esse natu-  
rales.

5. Igitur cùm hoc ita sit, *Domi-*  
*ne,* dicimus quod sensualiter sentia-  
mus & intellectualiter intelligamus in  
firmamento & in vegetabilibus & in  
metallis non esse amorem in figura  
memoriæ & intellectus & voluntatis cò  
quod non sit naturale nec accidenta-  
le

le quòd firmamentum & vegetabilia & metalla habeant memoriam & intellectum & voluntatem: igitur cùm figura veri amoris non possit esse sine his tribus virtutibus & ipsæ non sunt in firmamento nec in vegetabilibus nec in metallis, non oportet in eis inquirere figuram amoris, nec in eorum figura oportet inquirere amorem.

6. Igitur, cùm hoc ita sit, oportet, *Domine*, quòd figuram amoris inquiramus in figura animalium & Angelorum & dæmonum; &, quia animalia sunt diversa in specie & in numero, propterea amor qui est in eis est diversus, eò quòd homo non amet secundùm amorem irrationalium, nec Petrus amet secundùm amorem Guillielmi nec unum irrationale amet secundùm amorem alterius: igitur, cùm hoc ita sit, secundùm quod figuræ sunt diversæ & contrariæ ad invicem, oportet in eis inquirere amorem.

7. c. *Vere Domine in omni veritate, qui es Pater & Dominus omnium rerum!*  
Intel-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCX. 109*  
Intellectualiter intelligimus formam angelicam non esse compositam nec corruptibilem nec generabilem , sicut est forma animalis quæ est composita ex duabus naturis contrariis & est generabilis & corruptibilis: igitur , cum forma humana sit composita ex corpore & anima , & corpus sit in passione per corruptionem , & anima per peccatum sit culpabilis & ignoret & irascatur & obliviscatur , & nulla istarum rerum sit in Angelis , per hoc significatur in forma angelica esse multò perfectiorem amorem quam in forma humana.

8. *Amorose Domine !* Quia figura amoris quæ est in homine est alterabilis ratione potentiarum sensitivæ, quæ quandoque est domina rationalis & quandoque est ei subdita , propterea sequitur quod homo quandoque habeat meliorem & majorem amorem quam ullum aliorum animalium , scilicet quando rationalis potentia est domina sensitivæ ; sed , quando sensitiva est domina rationalis , tunc habet homo

pejo-

110 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
pejorem & magis corruptum amorem  
quàm ullum animalium irrationalium:  
igitur, cùm figura amoris Angelici  
sit firma & inalterabilis, per hoc sig-  
nificatur humano intellectui quòd ex  
memoria & intellectu & voluntate An-  
geli formetur & figuretur major &  
nobilior amor quàm ex memoria &  
intellectu & voluntate hominis, quia  
major amor potest esse in Angelo qui  
non privat suam memoriam nec suum  
intellectum nec suam voluntatem vir-  
tutibus, quàm in anima hominis qui  
per peccatum quotidie privat virtuti-  
bus suam memoriam & suum intellec-  
tum & suam voluntatem.

9. Unde benedictus sis, *Domine DE-*  
*US*; quia, in quantum homo est fi-  
guratus in natura sensuali simili natu-  
ræ animalium irrationalium, in tan-  
tum figuratur in eo minor amor quàm  
in Angelis; sed, in quantum ipse est  
figuratus in natura intellectuali simili  
naturæ Angelorum, in tantum figura-  
tur in eo amor in majori nobilitate &  
in

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCX.* 111  
in meliori figura quàm in animalibus irrationalibus: igitur, cùm hoc ita sit, secundùm hoc significatur quòd, sicut Angeli habent in figura majorem naturam amandi, ita homines habeant in figura majorem naturam amandi & odiendi quàm irrationalia; &, sicut animæ hominum sunt virtuosiores in memorando & intelligendo & volendo quàm animæ irrationalium, ita per inordinationem animæ hominum habeant majorem malevolentiam quàm animæ irrationalium.

10. d. *O Domine, qui es confortatio & consolatio omnium in Te confidentium!* Sicut in magna figura corporali significatur magna forma, ita in magna memoria & magno intellectu significatur magna voluntas: igitur, cùm dæmones habeant magnam memoriam & magnum intellectum, foret magna sua voluntas in amando, nisi figura memoriæ & intellectus & voluntatis esset in eis alterata in figuram compositam ex figura naturali & figura accidentali,

li , quæ figura fuit alterata quando ipsi peccaverunt volendo contra naturam suæ memoriæ & sui intellectus , tunc quando sua voluntas voluit esse æqualis in virtute tuæ Voluntati memoratæ à sua memoria & intellectæ à suo intellectu , & tua Voluntas quæ eos creavit volebat quòd ipsi non vellent ullam rem impossibilem & inconvenientem.

ii.     *Unde benedictus sis , Domine DEUS ; quia , sicut amor privatur in vegetabilibus inanimatis naturaliter per hoc quòd careant memoria & intellectu & voluntate, ita privatur accidentaliter in dæmonibus per hoc quòd in eis voluntas contrarietur memoriæ & intellectui ; quoniam , sicut naturaliter secundùm cursum intellectualēm formatur & figuratur amor in Angelis in figura memoriæ & intellectus & voluntatis ipsorum per hoc quòd voluntas velit id quod memoria memorat & intellectus intelligit : ita odium & privatio amoris formatur & figuratur in dæmonibus per hoc quòd in eis voluntas*

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCX.* 113  
luntas velit opositum illius quod me-  
moria memorat & intellectus intelligit:  
igitur, cùm in dæmonibus sit adeo  
manga figura memoriæ in memorando  
& intellectu in intelligendo, quis  
posset æstimare quām magna sit fi-  
gura odii & malevolentia & privatio  
amoris quæ est in eis?

12. *Gloriose Domine!* Sicut in mag-  
nis formis corporalibus capitur multa  
materia, ita in magna memoria & in-  
tellectu & voluntate capitur magnus  
amor quando istæ tres virtutes con-  
cordant in multum memorando & in-  
telligendo & volendo Te: igitur, sicut  
magnus amor capitur in memoria &  
intellectu & voluntate Angelorum me-  
morantium & intelligentium & volen-  
tium Te, ita accidentaliter capitur  
magna malevolentia in memoria & in-  
tellectu & voluntate dæmonum; quia,  
in quantum est magna figura memo-  
riæ & intellectus Angelorum & dæmo-  
num in memorando & intelligendo  
Te, in tantum formatur magna vo-

H luntas

114 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
luntas Angelorum in amando id quod  
memoria memorat & intellectus intel-  
ligit in Te , & in tantum formatur  
magna malevolentia & privatio amo-  
ris in voluntate dæmonum quæ non  
amat id quod memoria memorat &  
intellectus intelligit in Te : igitur , cùm  
hoc ita sit , quis posset æstimare mag-  
nam privationem amoris quæ est in  
dæmonibus ?

13. c. *Completor Domine omnium mea-  
rum considerationum & Amor mearum  
inamorationum & Secretum meorum a-  
morum ! Secunda ratio dicitur de forma  
artificiali : unde dicimus quòd in for-  
ma artificiali non oporteat inquire  
amorem in firmamento, nec in elemen-  
tis simplicibus cò quòd homo non pos-  
sit in eis figurare ullam formam arti-  
ficialem ; & idem dicimus de vegeta-  
bilibus & metallis , quia nullus homo  
potest formare nec figurare in eis for-  
mam artificialem nisi vegetabilia pri-  
ventur potentiam vegetativa , sicut for-  
ma dolii quæ formatur ex lignis ab ar-  
bore*

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCX.* 115  
bore abscissis & forma alearum ex osse  
inanimato : igitur , cùm hoc ita sit, non  
oportet inquirere amorem in ulla præ-  
dictarum rerum secundùm figuram &  
formam artificialem habentem memo-  
riam & intellectum & voluntatem.

14. *Gloriose Domine !* In Angelo &  
anima non potest formari forma arti-  
ficialis sensualis cò quòd sint res intel-  
lectuales , sed verum est quòd in me-  
moria & intellectu & voluntate possit  
homo formare formam artificialem in-  
tellectualem & sensualem secundùm ha-  
bitum scientiæ , sicut Grammaticæ vel  
Logicæ ; & ista forma habet duas figu-  
ras , quarum una est intellectualiter for-  
mata in anima per sensus intellectua-  
les & alia est sensualiter formata in cor-  
pore per sensus sensuales.

15. In materia elementali compo-  
sita ex quatuor elementis est possibile,  
*Domine* , quòd homo formet & figu-  
ret formas artificiales , sicut in argen-  
to in quo potest figurare formam ho-  
minis , & ista forma est artificialis &  
est

116 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
est composita ex forma animalis & ex  
forma naturali metalli: unde unam for-  
mam oportet attribui homini acciden-  
taliter & aliam materiae argenti natu-  
raliter; & hoc idem est de forma ho-  
minis in cera vel in lapide vel in lig-  
no, & de forma cameræ quæ forma-  
tur ex terra & ligno & aqua, & de  
forma soni facti in instrumento quæ  
formatur ex nota quam musicus ha-  
bet in mente & ex sono chordarum;  
& hoc idem est de forma scyphi in  
vitro, & sic de aliis formis artifica-  
libus: igitur cum hoc ita sit, secun-  
dum istas formas prædictas oportet  
hominem inquirere in sua anima qui-  
nam amor formetur memorando & in-  
telligendo & volendo eas figurare &  
formare artificialiter.

16. f. *Salvator noster Domine sancti-  
ficate gloriose!* Sicut forma naturalis  
dividitur & diversificatur in diversas  
species & in diversa individua, ita for-  
ma artificialis dividitur & diversificatur  
in diversos modos, sicut figura homi-  
nis

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCX.* 117  
nis picta in pariete vel insculpta in  
ligno vel figura scyphi vel ollæ, & sic  
de aliis figuris; &, sicut una figura  
artificialis diversificatur ab alia in  
materia & in similitudine secundum  
quod artifex vult eam figurare, ita  
amor diversimodè invenitur secundum  
diversam figuram memorandi & intel-  
ligendi & volendi.

17. Nam, secundum quòd anima,  
*Domine*, figurat & format suam me-  
moriā & suum intellectum in figu-  
rando navem vel castellum vel aliam  
formam artificialem, figuratur amor in  
voluntate quæ sumit figuram in vo-  
lendo secundum quod memoria me-  
morat & intellectus intelligit figuram  
artificialem; sed, quia multoties eve-  
nit quòd motiva sensualis non possit  
sufficere ad complendum & figura-  
ndum sensualiter id quod motiva intel-  
lectualis amat figurare, propterea est  
occulta & secreta figura amoris in fi-  
gura sensuali quæ non representat ip-  
sum in figura quam ipse habet intel-  
lectualē.

18. Igi-

18. Igitur cùm hoc ita sit, *Domi-*  
*ne*, propterea evenit quòd forma ar-  
 tificialis quæ est potentialiter multo-  
 ties sit meliùs figurata in motiva in-  
 tellectuali quàm in sensuali, & hoc est  
 ratione defectus motivæ sensualis vel  
 materiæ quæ est subiecta sensuali figu-  
 ræ, quæ non potest venire in actum  
 ita benè sicut est figurata intellectua-  
 liter in motiva intellectuali, & prop-  
 terea multoties evenit quòd opera ar-  
 tificialia videantur possibilia in moti-  
 va intellectuali & per defectum mo-  
 тивæ sensualis sint impossibilia in ac-  
 tualitate, vel veniant in actualitatem  
 in forma non adeo perfecta sicut mo-  
 tiva intellectualis ea videt, & ideo ani-  
 ma non tantum amat dictas figuras  
 quando sunt in actu, quantum eas ama-  
 bat quando erant in potentia.

19. g. *O Domine, qui das meis oculis*  
*lacrimas & ploratus quando memoro tu-*  
*am Passionem & tuos dolores!* Tertia  
 ratio dicitur de forma media composita  
 ex forma naturali & ex artificiali: un-  
 dc

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCX. 119*  
de dicimus quod hæc forma sit in  
hoc mundo composita ex actione &  
passione & ex actualitate & poten-  
tia, per quam compositionem inve-  
nitur amor in hac figura ratione me-  
moriæ & intellectus & voluntatis fi-  
gurantium se in formis actualibus &  
potentialibus & in formis figuratis per  
passionem.

20. Igitur, quia firmamentum non  
est subjectum in quo ab homine figu-  
retur forma artificialis & clementa sim-  
plicia non sunt subjecta prædictæ for-  
mæ nisi in quantum componuntur ad  
invicem, propterea, *Domine*, non o-  
portet quod inquiramus tertiam figu-  
ram amoris in figura firmamenti & cle-  
mentorum simplicium, quoniam in eis  
non figuratur forma composita ex na-  
turali & artificiali.

21. Et, quia forma media figura-  
tur in Angelis & dæmonibus & in ve-  
getabilibus & animalibus & metallis,  
propterea est conveniens, *Domine*, quod  
in dicta figura inquiramus amorem; sed,  
secun-

120 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
secundūm quod res sunt diversæ, for-  
matur diversa hæc forma media, &  
secundūm diversitatem ipsius recipit a-  
mor formam diversam; quia, sicut me-  
dia forma composita in speculo est di-  
versa à media forma composita in ani-  
ma artificis volentis conftruere navem,  
ita amor qui formatur à forma figu-  
rata in speculo est diversus ab amore  
qui formatur in anima artificis aman-  
tis conftruere navem.

22. h. *Cælestis Domine, qui es solati-  
um & consolatio meæ animæ!* Sensuali-  
ter sentimus quòd in vegetabilibus sit  
media forma composita ex naturali &  
artificiali, quia potentialiter est forma  
panis in frumento & in eo est actuali-  
ter forma naturalis: igitur ex his dua-  
bus figuris una actuali & alia poten-  
tiali est composita media forma in qua  
oportet inquire amorem qui significe-  
tur secundūm naturam figuræ in qua  
inquiritur & invenitur.

23. *Gloriose DEUS!* In animalibus est  
forma media in hoc quòd in offe sit for-  
ma

ma naturalis actualiter , & figura ale-  
rum sit in eo potentialiter , & hæc for-  
ma est artificialis : unde forma ossis est,  
*Domine*, per actionem in quantum est na-  
turalis & forma allearum est per paſſio-  
nem in quantum est artificialis: igitur ex  
actione & paſſione componitur forma  
media ; quia , si forma media non es-  
ſet inter formam naturalem & artifi-  
cialem , eſſet impossibile quod forma  
naturalis per paſſionem posset eſſe sub-  
jecta formæ artificiali , & hoc idem  
est de forma media quæ componitur  
in metallis per actionem & paſſionem ,  
ſicut aurum quod habet formam natu-  
ralem & eſt ſua forma in argento po-  
tentialiter per opus artificiale , cùm per  
alchymiam formam argenti convertat  
homo in formam auri.

24. Igitur , quia in vegetabilibus &  
animalibus & metallis eſt , *Domine*, for-  
ma media composita ex naturali &  
artificiali , propterea ſequitur quòd a-  
mor hominum dividatur in amorem  
naturalē & artificialē ; quoniam ,  
ſicut

122 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
sicut corpus componitur ex quatuor  
elementis, ita forma media componi-  
tur ex quatuor rebus quæ sunt poten-  
tia & actus, passio & actio; quia, si-  
cut sine privatione non possent mate-  
ria & forma venire de potentia in ac-  
tum, ita forma artificialis non posset  
esse sine forma media potentialiter  
nec actualiter in forma naturali: igitur,  
cum hoc ita sit, forma media est me-  
dium per quod voluntas hominis se  
format ad amandum & volendum  
res quæ sunt naturales & artifia-  
les.

25. i. O Domine, qui virtuificasti  
thesaurum intellectualem super sensua-  
lem! Sicut media figura formatur  
sensualiter in vegetabilibus & in me-  
tallis, secundum quod supra diximus,  
ita intellectualiter formatur forma  
media in Angelis composita ex forma  
naturali & ex artificiali, quæ forma  
naturalis est in amore quem habent  
ad memorandum & intelligendum &  
volendum & laudandum Te & ad ser-  
vien-

*Lib. v. Dist. XXXIX. Cap. CCCX.* 123  
viendum & obediendum Tibi, & forma artificialis est in amore quem habent ad defendendum nos à dæmonibus & ad dirigendum nos ad viam veritatis; quia, sicut homo falsus accipit artem & modum artificiale decipiendi aliquem hominem, ita Angeli accipiunt artem & modum dirigendi nos.

26. Nam, sicut naturale est Angelis, *Domine*, memorare & intelligere & velle Te & non oblivisci nec ignorare nec disamare Te, & hæc natura est in eis per hoc quod eos confirmaveris in bono quando non peccaverunt, & peccaverunt dæmones, ita sunt contra naturam Angelorum peccata quæ faciunt homines obliviscendo & ignorando & disamando Te: igitur, sicut homo indiget arte quando vult facere figuram sibi similem in pariete, ita Angeli indigent arte ut per opus articiale faciant homines peccatores memorare & intelligere & velle id quod ipsi memorant & intelligunt & volunt.

27. *Iuste*

27. *Juste Domine!* In dæmonibus formatur forma media, quia naturale est suæ memoriæ memorare & suo intellectui intelligere tuas nobilitates & tuas honorationes, & non est naturale suæ voluntati di' amare Te, cùm accidentaliter sit formata in figura diversa à figura quam recepit per creationem: igitur, cùmhoc ita sit, ex forma naturali memoriæ & intellectus dæmonum & ex formâ accidentali voluntatis ipsorum componitur & formatur media forma per quam ipsi memorant & intelligunt & volunt habere artem & modum decipiendi & fallendi homines ut damnentur & habeant in igne perdurabili formam memoriæ & intellectus & voluntatis similem formæ ipsorum dæmon m.

28. k. *O Domine in quo confidit tuus servus quando suæ virtutes ei deficiunt & sua vitia & fragilitates eum opprimunt!* Quia quidam homines sunt in hoc mundo justi & alii peccatores, propterea in quibusdam figuratur tua Justitia

*Lib. V; Dist. XXXIX. Cap. CCCX.* 125  
tia & in aliis tua Misericordia ; quoniam , sicut est naturale spicæ formari ex grano , ita est naturale tuæ Justitiae dare præmium omni homini qui eam memoret & intelligat & velit & laudet & timeat ; & , sicut est naturale lapidi recipere figuram hominis per opus artificiale , ita est naturale tuæ dulci Misericordiæ misereri omnis hominis qui eam memoret & intelligat & velit & laudet & in ea confidat : igitur , cùm hoc ita sit , sicut est homini data libertas & possiblitas memorandi & intelligendi & volendi & laudandi & honorandi tuam Justitiam & tuam Misericordiam , ita potest omnis homo recipere gratiam & benedictionem ab utraque .

29. *Juste Domine !* Sicut marmor non potest recipere figuram animalis in forma vegetabili nec sensuali nec rationali , eò quòd carcat vegetalitate & sensualitate & imaginalitate & rationalitate , ita homines peccatores falsi falsò confidentes in tua Misericordia .

126 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
sericordia non recipiuntur ab ipsa eò  
quòd sua memoria & suus intellectus  
& sua voluntas careant virtute & ve-  
ritate & puritate & munditia cum  
quibus tua Misericordia debet memo-  
rari & intelligi & amari: igitur, cùm  
hoc ita sit, quare confidit in tua  
Misericordia ulla anima dum habet  
falsam figuram in suo memorare &  
intelligere & velle? Nam, sicut figura  
hominis est vana in marmore, ita om-  
nis anima quæ falsò memorando &  
intelligendo & volendo confidat in tua  
Misericordia habet vanam memoriam  
& intellectum & voluntatem.

30. *Gloriose DEUS!* Ratio & inten-  
tio, propter quām inquisivimus amo-  
rem in tribus figuris prædictis, est ut  
per diversitatem figurarum in quibus  
invenitur amor in hoc Mundo perci-  
piamus figuram amoris qui est in glo-  
ria perdurabili; quia, sicut per alia  
contraria habet homo cognitionem de  
aliis, & per alias differentias habet  
cognitionem de aliis, ita per figuram  
amoris

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXI. 127*  
amoris hujus Mundi potest homo ha-  
bere cognitionem de figura amoris  
qui est in gloria in presentia nostri  
Domini JESU-Christi.

## CAPUT CCCXI.

*Quomodo homo amet habere cognitionem  
de forma paradisi.*

1. a. **O** *DEUS potens in omnibus po-*  
*testatibus, sapiens in omni-*  
*bus sapientiis, amoroſe in omnibus a-*  
*moribus!* Qui vult habere cognitionem  
de forma paradisi, oportet, *Domine,*  
quod eam inquirat cum quatuor re-  
bus, quae sunt tua gloriosa Perfectio  
& memoria & intellectus & voluntas  
hominis, & hanc inquisitionem opor-  
tet fieri sensualiter & intellectualiter  
in novem rebus, quae sunt forma na-  
turalis, forma artificialis, forma media,  
tempus, locus, generatio, corruptio,  
actus & potentia.

2.      *Unde benedictus sis, Domine*  
                        *DE-*

128 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
*DEUS*; quia , sicut homo sensualiter percipit figuram suæ faciei in speculo , ita intellectualiter potest percipere formam paradisi in suo intellectu quando memoria memorat novem res prædictas & intellectus in memoria inquirit prædictam formam.

3. *Virtuose Domine!* Sicut homo non potest videre figuram suæ faciei sinè medio, scilicet speculo in quo se aspiciat , ita non potest videre in hoc Mundo formam paradisi sinè medio quod est forma media composita ex novem rebus prædictis quando anima sibi objectat tuam Perfectionem & ipsas novem res ut cognoscat formam Paradisi : unde benedictus sis , *Domine DEUS*; quia , sicut homo frequentius & manifestius videt suam manum quam suam faciem cò quòd suam manum videat sinè medio & sinè ipso non possit videre suam faciem , ita in gloria videbit homo melius & manifestius formam paradisi quam in hoc Mundo qui est medium per quod ipsa significatur.

4. b. Desi-

4. b. *Desiderate Domine ab omnibus populis, cui sit gloria & honor omni tempore!* Prima res est forma naturalis: unde dicimus quod, sicut sensualiter sentimus in sole splendorem non generari nec corrupti, ita intellectualiter intelligamus formam paradisi non generari nec corrupti, quia aliter sol esset virtuosior in forma quam paradisus: igitur, cum hoc sit impossibile, significatur formam paradisi esse ita naturalem quod non recipiat ullam corruptionem; quia, si eam reciperet, significaretur memoriam & intellectui & voluntati hominis quod tua Perfectio esset defectuosa, quod est impossibile.

5. *Gloriosè DEUS!* Si forma paradisi esset accidentalis per generationem, oporteret quod in paradyso essent formæ potentiales; &, si ipsæ essent in paradyso, in eo essent tempus & alteratio; &, si ita esset, forma paradisi esset ita naturalis & accidentalis sicut forma hujus mundi; &, si

I ita

130 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
ita esset, significaretur in Te non esse  
perfectionem potestatis nec sapientiae  
nec amoris nec justitiae nec misericor-  
diae nec ullarum aliarum virtutum,  
quia defectus qui esset in paradyso ita  
significaret defectum in tuis Virtutibus  
sicut opus male constructum & male  
ordinatum significat defectum in arti-  
fice qui illud construxit.

6. Igitur, cum sit impossibile,  
*Domine*, quod in Te possit esse ullus  
defectus, per hoc significatur formam  
paradisi esse ita naturalem quod suum  
subjectum non privetur cum per illum  
accidens, sicut sol non privatur splen-  
dore per illum accidens; quia, si-  
cut Tu per tuam Potestatem & Sa-  
pientiam & Voluntatem dedisti ma-  
teria solis perfectionem per quam  
forma non privatur in ea, nec est  
possibile secundum cursum naturalem  
quod generatio & corruptio sit in fi-  
gura solis, ita per tuam perfectam Po-  
testatem & Sapientiam & Voluntatem  
dedisti perfectionem Sanctis gloriæ, ut  
sua

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXI.* 13 E  
sua gloria sit ita naturalis quod non  
recipiat ullum accidens nec ullam al-  
terationem, quia aliter tua Potestas  
& Sapientia & Voluntas haberent ma-  
jorem perfectionem in creando solem  
quam in ordinando paradisum, quod  
est impossibile, cum sol non sit tan-  
tae dignitatis quantae sunt Sancti glo-  
riæ.

7. c. *O Domine DEUS, qui es totum  
bonum hujus mundi & tota gloria al-  
terius! Secunda res est forma artificia-  
lis: unde diciimus quod, si in paradi-  
so esset forma artificialis, oporteret  
esse in eo cibum & potum & scyphos  
& scutellas & cultros & vestes & lec-  
tos & picturas & sculpturas & domos  
& alias formas artificiales ex quibus  
habet homo placita sensualia; & si  
forma paradisi consisteret in ipsis figu-  
ris artificialibus, oporteret paradisum  
esse compositum ex operibus artifica-  
libus; &, si ita esset, significaretur hu-  
mano intellectui tuam Perfectionem  
non esse perfectam in possendo nec in  
scien-*

132 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol.III.*  
sciendo nec in volendo dare gloriam  
sine forma artificiali , quod est im-  
possibile.

8. *Gloriose Domine!* Ratio , quare  
homines in hoc mundo formant &  
figurant formas artificiales , est quia eis  
indigent ratione suorum defectuum, &  
habent sensuales delectationes in eis  
cò quòd non sint digni de præsenti  
glorificari in presentia tuæ gloriose  
Deitatis ; sed in alio sæculo in quo  
Sancti gloriæ sunt purificati & sancti-  
ficati non est ulla necessitas quòd glo-  
rificantur per ullam formam artifica-  
lem , quoniam adeò est magna gloria  
quam recipiunt à tua Deitate quòd  
non habeant ulla necessitatem reci-  
piendi gloriam ab ulla forma artifica-  
li ; quia, si hanc necessitatem haberent,  
significaretur tuam Deitatem non pos-  
se sufficere ad glorificandum creaturam ,  
quod est impossibile , quoniam tunc  
significaretur Te non esse Creatorem  
nec creaturas esse creatas.

9. *Vere Domine!* Sicut homo cæcus  
non

non habet cum quo recipiat placitum à formis artificialibus pulchræ figuræ , ita Sancti gloriæ , si formas artificiales haberent in paradiſo , non haberent memoriam nec intellectum nec voluntatem nec ullum sensuum sensualium cum quibus reciperent placitum ab illis formis , quia tua Perfectio adeò perfectè compleat placito & perfectione memoriam & intellectum & voluntatem Sanctorum gloriæ , quod non habeant ullam indigentiam recipiendi placitum ab ulla forma artificiali quantumcunque ipsa pulchra sit : igitur , cùm hoc ita sit , significatum est in paradiſo non esse ullam formam artificiali , quia frustra ibi esset ; & si ibi esset aliquid frustra , significaretur defectus in tua Perfectione.

10. d. *O Domine , cui do meam voluntatem ut amet tuum Placitum ! Tertia res est forma media composita ex forma naturali & ex artificiali ex qua formantur accidentia in operibus quæ homo facit : unde dicimus quod , si in*

pa-

134 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
paradiso esset forma media , necessa-  
riò oporteret esse in eo alterationem  
& generationem & corruptionem &  
tempus & alia accidentia his similia;  
& , si forma paradisi reciperet ullum  
horum accidentium , haberet defectum  
& esset similis formæ hujus mundi ; & ,  
si ita esset , significaretur quòd nostra  
memoria & intellectus & voluntas pos-  
sent figurare defectum in tua Perfectio-  
ne , quod est impossibile.

II. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* ; quia per hoc , quòd nostra me-  
moria Te memoret perfectum , & nos-  
ter intellectus Te intelligat perfectum &  
nostra voluntas Te vclit perfectum , sig-  
nificatur & figuratur humano intellec-  
tui in paradyso non esse ullam formam  
mediam compositam ex naturali & ar-  
tificiali ; quoniam , sicut homo ratione  
defectus visus sensualis componit for-  
mam mediam ex sua facie & speculo  
ut ista forma sit ei occasio cognoscen-  
di figuram suæ faciei , ita , si in para-  
diso esset forma media , oporteret quòd  
  tua

tua Deitas , & tua Humanitas compo-  
nent illam formam medium cum ali-  
qua alia re ut possent dare Sanctis per-  
fectam formam gloriæ; &, si ita esset,  
tua Deitas & tua Humanitas per se ipsas  
non sufficerent ad dandum gloriam  
Sanctis paradisi: igitur , cùm tua Dei-  
tas , *Domine* , habeat majorem perfec-  
tionem quàm omnes creaturæ & tua  
Humanitas etiam , per hoc significatur  
quòd ipsæ sufficient ad dandum om-  
nibus Sanctis paradisi perfectam glori-  
am quin indigeant ulla forma media.

12. *Juste Domine!* Quando homi-  
nes amatores delectationum sensualium  
cogitant in cœlesti gloria , opinantur  
in ea esse formam medium , quia sua  
voluntas adeò amat delectationes sen-  
suales quòd præ magno fervore que in  
habet erga ipsas memoria, sc falso fi-  
guret in memorando & intellectus in  
intelligendo in paradyso esse id quod  
ipsa amat: unde, sicut vinum recipit  
formam vasis & aqua recipit colorem  
à vino cui est mixta , ita per nimi-

am

136 B. Ray, Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
am voluntatem falsò figurantur memo-  
ria & intellectus; sed , si voluntas , Do-  
mine , amaret Te plus quam delecta-  
tiones & placita sensualia, tunc memo-  
ria figuraretur in suo memorare &  
intellectus in suo intelligere verâ figu-  
râ per quam anima memoraret & in-  
telligeret & vellet in paradyso non esse  
formam medium.

13. c. Sanctificate Domine , qui meam  
intentionem dirigis: inamorando meam  
voluntatem in tuis honoribus ! Quarta  
res est tempus: unde dicimus quod in-  
tellectualiter intelligamus omnem for-  
mam in quam cadat tempus necessa-  
riò oportere esse corruptibilem & ha-  
bere defectum: igitur , si in paradi-  
sum caderet tempus , oporteret ip-  
sum corrumpi & deficere; & , si ita  
esset , significaretur tuam Potestatem  
& Sapientiam & Voluntatem & Justi-  
tiam non habere perfectionem in for-  
mando & ordinando paradysum , quo-  
niam paradysus haberet formam haben-  
tem defectum sine culpa , quod est im-  
possible.

14. Amo-

14. *Amoroſe Domine!* Si in paradiſo eſſet tempus ſequeretur quod Sancti gloriæ uno tempore memorarent & intelligerent & amarent, & alio obliuicerentur & ignorarentur & non amarentur; &, ſi ita eſſet, ſua gloria eſſet corruptibilis & alterabilis & finita; &, ſi ita eſſet, ſignificaretur defectum eſſe in tuis Qualitatibus, quod eſt impoſibile, per quam impossibilitatem ſignificatur in paradiſo non eſſe tempus.

15. Si in paradiſo, *Domine*, eſſet tempus, quando Maymo Saracenus memoraret & intelligeret & vellet glorificari in cibo & potu & in foeminiſis, oporteret quod dum memoraret & intelligeret & vellet comedere arietem vel bibere vinum vel concumbeſre cum Fatima obliuiceretur & ignoraret & non vellet comedere butyrum nec bibere lac nec concubere cum Axa; &, ſi ita eſſet ſua gloria eſſet finita; &, ſi tempus non eſſet in paradiſo & prædictæ beatitudines in eo eſſent,

138 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
essent, tunc Maymo in uno & eodem  
tempore memoraret & intelligeret &  
vellet & comederet arietem & buty-  
rum & biberet vinum & lac & con-  
cumberet cum Fatima & cum Axa,  
quod est impossibile.

16. f. *Excellens Domine super omnes  
altitudines, virtuose super omnes vir-  
tutes!* Quinta res est *locus*: unde in-  
tellectualiter intelligimus quòd, si in  
paradiso haberet homo palatia & ca-  
meras & loca appropriata in quibus  
haberet mulieres & viridaria & lectos  
& alias res similes, necessariò oporten-  
ter paradisum habere defectuosam for-  
mam; quia si Maymo haberet came-  
ras & mulieres & appropriata virida-  
ria, non haberet adeo magnum pla-  
citum in locis Mahometi, & propte-  
rea esset incarceratedus intra locum in  
quo plus placiti haberet.

17. Et, sicut corpus hominis, *Do-  
mine*, esset incarceratedum in locis ap-  
propriatis in quibus plus placiti habe-  
ret, ita essent ei carceres alia loca  
quan-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXI.* 139  
quando in eis esset , quoniam in eis  
non haberet gloriam quam haberet  
in suo loco appropriato; &, sicut cor-  
pus esset incarceratum & captum in  
loco & in locis , ita esset anima in-  
carcerata & capta in eisdem locis , quia  
plus & frequentius memoraret & in-  
telligeret & vellet loca appropriata quam  
alia : igitur , cum anima non habeat  
nec occupet locum , non est de sua na-  
tura desiderare unum locum plus quam  
alium.

18. Sicut homo , *Domine* , cui da-  
tur electio ut accipiat de duobus equis  
quemcumque velit , aspicit quinam sit  
pulchrioris figuræ & eligit meliorem ,  
ita , quando humanus intellectus con-  
siderat ea quæ Saraceni dicunt de pa-  
radiso , scilicet quod in eo sint cibi  
& potus & palatia & lecti & viridaria  
& concubitus cum fœminis , & ea quæ  
dicunt Christiani de ipso , scilicet quod  
in eo non sit ulla prædictarum rerum ,  
tunc significatur ei forma paradisi mul-  
tò melior & pulchrioris figuræ secun-  
dum

140 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
dùm fidem Christianorum quàm secun-  
dùm fidem Saracenorum; quia Chris-  
tiani dicunt quòd, in quantum homo  
in hoc mundo plìs implet suam me-  
moriā & suum intellectum & suam  
voluntatem contemplando in Te & ser-  
viendo Tibi, in tantum sit Tibi pro-  
pinquior in paradiſo & recipiat à  
Te majorem gloriam, & Saraceni di-  
cunt quòd, in quantum homo plus  
boni facit in hoc mundo pro amore  
Tui, in tantum recipiat majorem glo-  
riam pulchrorum palatiorum & pul-  
chrarum mulierum & pulchrorum ves-  
timentorum & ciborum & viridario-  
rum & aliarum rerum sensualium.

19. g. *O Domine DEUS, qui es con-  
solatio & placitum meæ anime!* Sexta  
res est generatio: unde dicimus quòd,  
si in paradiſo homo comedet & bi-  
beret & concumberet cum fœminis,  
necessariò oportet esse in eo gene-  
rationem per quam generaretur poten-  
tia vegetabilis ex rebus quas homo co-  
mederet & biberet & ex quibus gene-  
raretur

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXI. 141*  
raretur materia exiens de viro in fœminam ; & si ita esset , oporteret in paradiso esse privationem formarum & quatuor elementa ex quibus formæ generarentur ; & , si ita esset, paradiſus esset similis huic mundo ; & , si ita esset , haberet formam defectuosam per corruptionem sicut hic mundus , quia omnem rem in qua sit generatio sensualis oportet habere corruptionem formæ sensualis.

20. Unde benedictus sis , *Domine;*  
quia , si prædictæ res essent in paradiso , oporteret esse in eo calorem & frigus & humiditatem & siccitatem , cùm sinè istis quatuor qualitatibus non posset homo habere generationem nec posset comedere nec bibere nec coire cum fœminis ; & , si in paradiso essent quatuor qualitates universales , necessariò oporteret esse in eo famem & sitim & infirmitatem & passionem & mortem ; & , si ita esset , forma paradiſi non esset perfecta ; & , si talis non esset , significaretur humano intel-

142 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
intellectui in Te non esse perfectio-  
nem Virtutum.

21 Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia, quando anima vult quòd suus intellectus inquirat in sua memoria quomodo Tu creaveris hunc mundum, & alium, ut ipsi intellectui significetur tuas Virtutes esse perfectas, & quando ipsa facit suum intellectum inquirere in sua memoria quomodo paradisus non haberet perfectam formam si in eo esset generatio & corruptio, tunc intellectus liber in hac inquisitione invenit in memoria qualitates quæ significant tuam perfectio- nem & significando eam, significant formam paradisi necessariò oportere esse perfectam, quæ perfectio signi- ficat in paradyso non esse generatio- nem nec corruptionem nec in eo vi- ros habere mulieres nec manducare & bibere.

22. h. *O Domine, in quo meæ conside- rationes delectantur: Septima res est cor- ruptio: unde dicimus quòd, si in pa-*  
*radiso*

radiso ulla forma ex illis quæ componunt generalem formam ipsius paradisi reciparet corruptionem, generalis forma reciparet corruptionem in suis formis particularibus; &, si ita esset, necessariò oporteret formam paradisi corrumpi; &, si ipsa corrumperetur, esset forma contraria perfectioni; &, si ita esset, significaretur quòd forma paradisi careret perfectione, quod est significatio contraria tuæ gloriosæ Perfectioni.

23. *Gloriose Domine!* Sicut est impossibile quòd in paradyso possit homo comedere & bibere & jacere cum fœminis sínè generatione, ita est impossibile quòd in eo hoc possit fieri sínè corruptione formarum, quia necessariò oporteret quòd corrumperentur formæ virtualium quæ homo comedet & biberet, & corrumperetur forma materiæ quam vir intromitteret in fœminam jacendo cum ea: igitur, cùm hoc ita sit, quando homo memorat & intelligit & amat tuam glo-

144 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
gloriosam Perfectionem, tunc intellectus invenit in memoria Te esse adeò perfectum quòd per tuam magnam Potestatein & Sapientiam & per tuam veram & justam Voluntatem creaturis formam paradisi perfectam sinè ulla corruptione.

24. Nam, si ita esset, *Domine*, quòd paradiſus haberet in se ullam corruptionem, humanus intellectus non adeò inquireret tuam Perfectionem in memoria animæ quòd posset eam invenire: igitur, cùm intellectus sit creatus ut inquirat in memoria tuam Perfectionem, & voluntas sit creata ut faciat intellectum inquirere in memoria quomodo in ea percipiat tuam Perfectionem, & memoria sit cræata in tali dispositione quòd in ea inveniatur & demonstretur significatio demonstrans intellectui tuam Perfectionem, per hoc significatur possibile esse intellectui percipere in memoria per tuam Perfectionem quòd forma paradisi sit sinè ulla corruptio-

nc.

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXI. 145*  
ne. Et etiam, cùm in inferno nulla  
forma privetur suo *esse*, quantò plus  
significatur in paradyso nullam formam  
privari suo *esse*? nam, sicut in infer-  
no formæ non corruptuntur nec pri-  
vantur suo *esse* ut peccatores perduta-  
biliter puniantur & ut perdurabiliter  
significetur tua Justitia, ita significa-  
tur quòd in paradyso ut perdurabili-  
ter videatur tua Justitia & tua Misericordia oporteat non corrupti nec  
privari ullam formam.

25. i. *Aeterne Domine, qui es perfec-  
tio omnium perfectionum! Octava res est  
actualitas:* unde dicimus quòd intel-  
lectualiter intelligamus in paradyso ac-  
tualitatem non alterari per potentiam,  
imò formam paradysi esse ita actua-  
lem quòd forma potentialis non pos-  
sit esse in ea; quia; sicut est innatu-  
rale quòd longitudo & latitudo & pro-  
funditas sint in substantia, in corporali,  
ita est innaturale quòd in paradi-  
so sit forma potentialis; quoniam, si-  
cūt substantia est de natura corporali.

K

quan-

146 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
quando recipit longitudinem & latitudinem & profunditatem, ita paradi-  
sus esset de natura corruptibili si in  
eo formam actualem antecederet &  
succederet forma potentialis.

26. *Gloriose DEUS!* Quando mate-  
ria non amat formam actualem & ha-  
bet naturam vertendi se ad ducendum  
de potentia in actum aliquam formam  
potentiale, tunc significatur quod  
materia non perfecte demonstretur per  
formam actualem & propterea velit  
recipere formam quae est in potentia:  
igitur, cum hoc ita sit, significatum  
est omnem formam actualem esse de-  
fectuosam, dum forma contraria vel di-  
versa sit potentialiter in materia; sed  
in paradyso non est ita, quia in eo  
adeo est satiata & perfecta materia per  
formam actualem quod non desideret  
recipere ullam aliam formam poten-  
tiale.

27. Igitur, cum hoc ita sit, *Domine,* si esset in aliqua sylva unus li-  
ber in quo esset scriptum quod for-  
ma

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXI.* 147  
ma paradisi sit totaliter actualis sinè  
ulla forma potentiali , & alius in quo  
esset scriptum quòd forma paradisi sit  
actualis & potentialis per comedere &  
bibere & per concubitum masculorum  
& fœminarum & quòd potentia ve-  
getativa habeat sub se appetitivam &  
retentivam & digestivam & expulsivam,  
& veniret aliquis gentilis & legeret il-  
los duos libros , si sua voluntas vel-  
let quòd suus intellectus inquireret in  
sua memoria tuam Perfectionem & per-  
fectionem formæ paradisi , tunc signi-  
ficaretur ei tua Perfectio & perfectio  
formæ paradisi in memoria quæ me-  
moraret materiam paradisi esse adeò  
perfectam per formam aëtualem quòd  
non desideret cā privari ut recipiat  
aliam.

28. k. *O gloriose Donine , qui Te in-  
carnasti ad significandum nobis perfec-  
tionem tuarum gloriosarum Qualitatum!  
Nona res est potentia : unde dicimus  
quòd , si in paradyso essent formæ po-  
tentiales , necessariò oporteret ipsas es-*

*sc*

148 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
se in majori quantitate numeri quām  
actuales ; quia , sicut in hoc mundo  
sunt plures formæ potentiales in ma-  
teria quām actuales , ita essent in glo-  
ria plures formæ potentiales quām ac-  
tales : igitur , cùm formæ potentia-  
les sint similes privationi & defectui,  
& actuales sint similes esse & perfec-  
tioni , si in paradiſo essent formæ po-  
tentiales , forma paradiſi esset plus in  
defectu quām in perfectione.

29. Si in paradiſo , *Domine* , essent  
formæ potentiales sinè privatione for-  
marum actualium, oporteret quòd sub-  
jectum illarum formarum esset poten-  
tiale ; & , si tale esset , paradiſus cres-  
ceret infinitè , quod est impossibile; vel ,  
si formæ essent potentiales in materia  
subjecta formis actualibus, Maymo Sa-  
racenus simul taceret & loqueretur &  
comederet & non comederet, & bibe-  
ret & non biberet, & coiret & non coi-  
ret cum Fatima & cum aliis, & ambu-  
laret & staret , & sic de aliis rebus si-  
milibus , quæ omnia sunt impossi-  
bilia.

30. Un-

30. *Unde benedictus sis, Domine DEUS;* quia, qui vult inquire & scire formam paradisi, oportet quod eam inquirat in suo intellectu & in sua memoria, & intellectu cognoscente & memoria memorante & voluntate volente tuam Perfectionem; &, si intellectus inquirat tuam Perfectionem in memoria, & voluntas velit & memoria memoret & intellectus intelligat formam paradisi significare ipsam tuam Perfectionem, tunc potest intellectus certificari quod illa sit forma paradisi; sed, si forma figurata in intellectu sit contraria significationibus significantibus tuam Perfectionem, tunc potest intellectus certificari quod illa non sit forma paradisi, imo fit falsa figura falso figurata in inordinata memoria & intellectu & voluntate eò quod non fruan- tur tua Perfectione divina.

\*\*\*

\*

CAPUT

## CAPUT CCCXII.

*Quomodo homo cognoscat magnam bonitatem quæ est in amore.*

1. a. **D**EUS bone super omnem bonitatem, cui sit gloria & honor! Qui vult cognoscere magnam bonitatem amoris, oportet, *Domine*, quod tribus virtutibus animæ inquirat amorem in rebus sensualibus & in intellectualibus memorando & intelligendo & volendo Te & tuas Qualitates & qualitates & significaciones quas creasti in creaturis, quia per talem inquisitionem potest homo cognoscere quomodo amor sit res bona & nobilis in se ipso.

2. Sed, quia nos, *Domine*, non habemus adeò virtuosam nostram animam in memorando & intelligendo & volendo sicut est magna & alta & nobilis bonitas amoris, propterea in nostra anima memorando & intelligendo &

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXII. 151*  
& volendo non potest capi tanta nobilitas & bonitas amoris quanta ipsa est in se ipsa, & propterea oportet quod memoremus & intelligamus multò majorem esse nobilitatem & beatitudinem & virtutem amoris quam possimus memorare & intelligere & velle.

3. Et, quia amor, *Domine*, dividitur in verum & falsum & amor falsus est in se malus & inordinatus & contrarius amori vero & ordinato, & nos in hoc Capite non intendimus loqui nisi de bono amore, propterea dicimus quod per contrarium sensum laudando beatitudinem & nobilitatem veri amoris potest significari malitia & vilitas falsi amoris.

4. b. *O Domine, qui es nobilis super omnes creaturas!* Qui vult inquirere & scire magnam beatitudinem amoris, oportet quod sua anima memoret & intelligat magnum amorem quem tres Personæ divinæ habent erga se invicem in tua Sancta Trinitate gloria;

152 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
sa; quia, in quantum anima memorat  
& intelligit & amat amorem quem Pa-  
ter habet erga Filium & Sanctum Spi-  
ritum & amorem quem Filius habet  
erga Patrem & Sanctum Spiritum &  
amorem quem Sanctus Spiritus habet  
erga Patrem & Filium, in tantum po-  
test cognoscere magnam nobilitatem  
& bonitatem quæ est in tuo Amore  
divino; sed, sicut nulla anima potest tan-  
tum amorem memorare & intelligere  
& amare quantus est amor quem quæ-  
libet tuarum divinarum Personarum ha-  
bet erga alias, ita nulla anima potest  
tantam nobilitatem & bonitatem &  
virtutem memorare & intelligere &  
amare in tuo divino Amore quanta  
in eo est.

5. Adeò est altus & excellens &  
nobilis tuus glriosus Amor, *Domine*,  
quod per suam altam nobilitatem &  
bonitatem & virtutem volueris creare  
& ordinare & recreare mundum; quia,  
si tuus Amor non esset, mundus non  
esset creatus nec ordinatus nec recreatus:  
igit-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXII. 153*  
igitur, cùm nulla anima possit memo-  
rare & intelligere & velle omnia bo-  
na & omnes virtutes quæ venerunt à  
tuo Amore per creationem & ordina-  
tionem & gratiam & recreationem,  
quænam anima poterit frui tanta bo-  
nitate quanta est in tuo virtuoso A-  
more?

6. *Virtuose Domine!* In omnibus  
bonis quæ fuerunt & sunt & erunt est  
tuus Amor nobilis & glriosus; quia, nisi  
tuus Amor voluisset & vellet illa bona,  
nullum eorum fuisset nec esset: igitur,  
cùm tot fuerint bona quæ fuerunt &  
tot sint quæ sunt, & tot sint futura,  
& gloria Angelorum & hominum jus-  
torum sit tanta, & sit amor sínè fine,  
quis est qui posset aestimare excellen-  
tem bonitatem quæ est in tuo virtuo-  
so Amore?

7. c. *Amoroſe Domine plene omnibus  
veris amoribus!* Qui vult inquirere &  
cognoscere magnam bonitatem amo-  
ris, oportet quòd memoret & intel-  
ligat & amet magnum Amorem qui  
est

154 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol.III.*  
est inter tuam Deitatem & tuam Hu-  
manitatem , & magnum Amorem qui  
est inter tuam Deitatem & nostram  
Dominam Sanctam MARIAM , & in-  
ter nostram Dominam sanctam MA-  
RIAM & suum gloriosum Filium , &  
inter tuam Dicitatem & tuam Huma-  
nitatem & nostram Dominam sanc-  
tam MARIAM & Angelos & Sanc-  
tos gloriae.

8. Adeò nobilis & bona res est a-  
mor in se , *Domine* , quòd nulla res  
habeat naturam adeò complendi vo-  
luntatem sicut magnus amor memo-  
ratus & intellectus ; quia, habere sani-  
tatem vel divitias vel pulchritudinem  
vel fortitudinem vel honorationem vel  
aliquam aliam rem non potest com-  
plere voluntatem sinè amore ; & si om-  
nes res prædictas homo memoraret &  
intelligeret & haberet , non possent  
complere voluntatem ipsius nisi cas-  
amaret : igitur , cùm hoc ita sit , quis  
posset estimare magnum valorem & bo-  
nitatem quæ est in amore ?

g. Om-

9. Omnis virtus & omnis nobilitas & omnis honoratio & omnis laus,  
*Domine DEUS*, detur & attribuatur amori, quia ipse est medium inter Te & nos; quoniam per amorem das & indulges & diriges & salvas & custodis tuos amatores & tuos servos, & per amorem nos sumus Tecum & Tu nobiscum, & amor est nuntius de nobis ad Te & de Te ad nos: igitur, cum omnes istae res sint adeò placentes & amabiles, quis posset aestimare magnam nobilitatem amoris?

10. d. *Æterne Domine sine fine & finè principio!* Adeò excellens & alta & nobilis res est amor, quod omnia vincat & cogat & superet & à nihilo vincatur & superetur quando est verè formatus in amico; quia, sicut ignis habet naturam cù plus multiplicandi se quò plura ligna ei dantur, ita verus amor habet naturam cù plus amandi amatum quò plus amicus torquetur pro ipso; &, quò plus amicus memorat & intelligit labores &

mor-

mortem pro suo amato , eò plus sua voluntas eum amat & eò plus contemnit labores & mortem : igitur, cùm hoc ita sit , quis posset æstimare magnam viam amoris & magnam bonitatem ipsius?

11. Quænam res est , *Domine* , similis amori in valore & virtute? nam amor dat & format plures divitias in pauperibus quàm sint omnes aliæ divitiae aliorum hominum ; quoniam ditione est sìne omni comparatione unus pauper qui amet id quod memorat & intelligit , quàm ullus Rex quantumcunque dives qui non amet id quod memorat & intelligit : igitur , cùm hoc ita sit , quænam res potest tantum valere quantum amorosa & vera voluntas , & in quo potest esse placitum & delectatio & solatium & consolatio nisi in amoroso velle ?

12. Adeò est magnus & nobilis & altus amor , *Domine* , quòd omnis homo possit de eo tantùm memorare & intelligere & velle quantùm vult ; quia,

si-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXII 157*  
sicut ipse est magnus & nobilis in vir-  
tute & valore & bonitate , ita est mag-  
nus in quantitate ; & , sicut homo po-  
test implere aquâ totam navem in ma-  
ri , ita qui vult potest implere totam  
memoriam & intellectum & volunta-  
tem amore ; & , sicut aër nulli homi-  
ni prohibetur , ita amor nulli memo-  
riæ & intellectui & voluntati prohibe-  
tur : igitur , cùm hoc ita sit , quo-  
modo potest esse quòd homo non im-  
pleat amore totam suam memoriam  
& suum intellectum & suam volun-  
tatem ?

13. e. *O gloriose Domine in quo*  
*confidunt tui amatores ! Adeò magna*  
*& nobilis res est amor in anima vera*  
*& justa , quòd multò major sit in ea*  
*actualitas in quam venit voluntas*  
*quàm actualitas in quam veniunt me-  
moria & intellectus , licet quo ad po-*  
*tentiam sint æqualis quantitatis per*  
*creationem ; & ratio , quare voluntas*  
*superascendit memoriam & intellec-*  
*tum , est quia ipsa potest amare id*  
*quod*

153 B.Ray. *Lulli Lib. Centempl. Vol.III.*  
quod memoria non potest memorare  
& intellectus intelligere , sicut accidit  
in tuo *Esse* divino quod voluntas a-  
mat quidquid ipsum sit in se ipso  
& memoria non potest illud memorare  
nec intellectus intelligere.

14. Quænam res dat , *Domine*, tan-  
tam sapientiam & patientiam & spem  
quantam amor? nam per amorem a-  
mat homo scire & amando scire, per-  
venit ad consecutionem ipsius, & per  
amorem est homo patiens quia amor  
facit placidos labores provenientes ab  
ipso , & per amorem est homo in spe  
& confidentia rei quam amat ; &, quò  
plùs res amata & sperata prolongatur  
& tardat , cò plùs amor sperat & con-  
fidit & cò velocius currit ad conse-  
quendum ipsam.

15. Benedictus sit , *Domine DEUS*,  
amor , quia omnis homo potest eum  
habere qui eum habere velit , & à  
nullo homine qui eum habere velit  
potest auferri , & amor facit de ho-  
mīne timido audacem & de paupere  
divi-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXII. 159*  
divitem & de infirmo sanum & de  
avaro largum & de superbo humilem  
& de rustico urbanum & de falso fi-  
delem , & amor tenet consolatum &  
lætum hominem incarcерatum & li-  
gatum , & amor facit omnia bona cò  
quòd omnia bona sint ipsius : igitur,  
cùm hoc ita sit , quænam res tantum  
valet quantum amor?

16. f. *Sapiens Domine in omnibus sa-  
pientiis , potens Domine in omnibus po-  
testatibus !* Amor facit hominem jus-  
tum misericordem verum perfectum  
virtuosum & bonum : igitur, cùm om-  
nes istæ virtutes sint in Te & amor  
sit homini occasio ut habeat omnes  
ipsas , amor est adçò nobilis & bona  
res in se quòd faciat hominem habe-  
re virtutes similes tuis : igitur , cùm  
hoc ita sit , quis posset æstimare mag-  
nam bonitatem quam amor habet in  
se ipso?

17. Unde benedictus sit amor, *Do-  
nine DEUS ;* quia , sicut Tu per amo-  
rem es justus erga tuas creature , ita  
amor

160 B. Ray Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
amor facit suos servos justos quando  
Te amant; &, sicut amor Te facit  
esse misericordem erga nos , ita amor  
quando est in nobis erga Te facit nos  
esse misericordes & plenos pietate; &,  
sicut amor Te facit esse verum erga  
nos , ita tuus amor facit omnem ho-  
minem verum erga Te & suum pro-  
ximum.

18. Igitur, cùm hoc idem sit, *Do-*  
*mine* , de omnibus aliis virtutibus &  
amor sit occasio omnium istorum bo-  
norum , amor est in homine adeò mag-  
nus in virtute & bonitate sicut sunt  
omnes virtutes, quibus homo recipit  
gratiam & benedictionem à suo Crea-  
tore : igitur , cùm Tu creaveris amo-  
rem in homine , benedictus & exal-  
tatus & glorificatus sis, *Domine DEUS*,  
qui creasti tantam bonitatem in amo-  
re , & benedicti sint omnes qui sunt  
servi & amatores & benevoli amoris,  
& placeat Tibi quòd tuus servus om-  
ni tempore serviat & obediat vero  
amori.

19. g.

19. g. Gloria & virtus & benedictio detur & attribuatur Tibi, *Domine Deus*, & omni quod tuum est, quia per amorem veniunt de potentia in actum quinque sensus intelle<sup>t</sup>uales & per amorem diriguntur & salvantur & custodiuntur & per amorem amantur plus quam illæ res sensuales; quoniam homo qui sit amator veri amoris plus vellet quod corpus perderet omnes suas sensualitates, quam quod anima perderet unam intellectualitatem; sed de hominibus peccatoribus non est ita, quia per hoc quod non sint amatores veri amoris, amant applicare & dare suos sensus sensuales & intellectuales peccato, & nolunt eos dare vero amori qui valet super omnes sensualitates.

20. Amor, *Domine*, facit homines satisfacere injurias, & facit eos pœnitente suorum peccatorum, & facit eos plorare suas culpas, & amor facit homines agere pœnitentiam & torquere suum corpus afflictionibus & jejuniis &

L ora-

162 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
orationibus sustinendo famem & siti  
& calorem & frigus & labores & mor-  
tem , & amor facit homines dare ele-  
mosynas, & habere pietatem erga su-  
os proximos , & amor facit eos me-  
morare & intelligere angustias & ne-  
cessitates suorum amatorum , & facit  
eos adjuvare & succurrere illis qui in-  
digent adjutorio : igitur , cùm hoc ita  
sit , quis posset æstimare bona quæ sunt  
in amore?

21. Adcò est bona & nobilis res  
amor in se , *Domine* , quòd ipse sit  
scala per quam Tu descendisti ad nos  
& nos ascendimus ad Te , & gradus sunt  
virtutes, scilicet justitia & misericordia  
& patientia & humilitas & sapientia  
& aliae similes: igitur , cùm hoc ita  
sit , quis posset æstimare bonitatem  
amoris & malitiam & vilitatem sui  
contrarii, quod est scala per quam pec-  
catores non amando descendunt ad in-  
fernalia tormenta ad sustinendum pœ-  
nas perdurabiles in abyssō , cuius sca-  
læ gradus sunt injustitia & crudelitas  
&

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXII. 163*  
& falsitas & superbia & alia similia  
vitia?

22. h. *Dator Domine amoris & dulcedinis & placiti!* Adeò bona & magna & propinqua res est amor, quòd omnis homo qui cum vult memorare & intelligere & velle possit cum habere memorando & intelligendo & volendo; &, adeò bona res est amor, quòd omnes occasiones ipsius sint bonæ & virtuosæ, & omnia mala & passiones quas ipse dat sint bonæ & delectabiles, & omni homini qui sit servus amoris det ipse præmium, & omnis homo qui per amorem sperat & confidit, consequatur id quod sperat, & qui habet amorem omnia habeat & qui non habet amorem nihil habeat.

23. Adeò bona & nobilis res est amor in se, *Domine*, quòd nulla memoria quæ obliviscitur ipsius aliquid valeat nec ullus intellectus qui cum ignorat aliquid valcat nec ulla voluntas quæ ipsum non amat aliquid valcat: igitur, cùm sit natura amoris quòd si-

me

164 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
nè ipso nulla res aliquid valeat , quòmodo potest esse quòd homo qui pro nulla re daret tres virtutes suæ animæ auferat eas ab amore & det disamori ? unde benedictus sis , *Domi-ne DEUS* ; quia , sicut homo gulosus pro nulla re daret suum gustum & dat ipsum ebrietati & crapulæ & gulositati , ita anima pro nulla re daret suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem , & quando ipsa est vitiosa dat istas tres virtutes peccatis & rebus vilibus & malis amando eas.

24- Adeò bona res est amor , *Domi-ne* , quòd Tu velis totum amorem hominis ; & , nisi homo det Tibi ipsum totum , nihil ipsius velis , & qui Tibi dat suum amorem totum se Tibi det , & qui suum amorem non Tibi dat , nihil Tibi det : igitur , cùm hoc ita sit , & Tu adeò velis amorem hominis , quis posset æstimare quām bona res sit amor . secundùm quod Tu significas in hoc quòd totum ipsum

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXII. 165*  
sum velis, & omnia alia indulgeas, si  
homo non potest ea Tibi dare, & nul-  
li homini indulgeas nec des gratiam  
& benedictionem nisi Tibi det suum  
amorem?

25. i. *Liberalis Domine!* Sensualiter  
sentimus & intellectualiter intelligimus  
quòd res quæ sunt in hoc mundo ma-  
joris necessitatis, habeat homo in ma-  
jori abundantia, sicut sunt terra &  
aqua & ignis & aér & ferrum & sal  
& frumentum & caro; &, sicut istæ  
res sensualiter sunt majoris necessitatis,  
ita sunt meliores quò plures sunt: igi-  
tur similiter est de amore; nam, quia  
intellectualiter nulla res est homini a-  
deò necessaria sicut amor, propterea  
dedisti ei in majori abundantia amo-  
rem, quàm ullam aliam intellectuali-  
tatem dando ei majorem libertatem  
habendi magnam quantitatem amoris,  
quàm habendi magnam quantitatcm  
ullius alterius intellectualitatis: igitur,  
cùm hoc ita sit, per hoc significatur  
magna bonitas amoris; quia, in quan-  
tum

166 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
tum ipse est homini majoris necessita-  
tis , & in quantum homo potest plus  
de ipso habere , in tantum valet plus  
quam ulla alia res.

26. *Gloriose Domine!* In quantum  
anima valet plus quam corpus , in  
tantum majorem quantitatem amoris  
potest recipere & habere memorando  
& intelligendo & volendo, quam sit  
quantitas clementorum quam corpus  
potest recipere & habere: igitur , cum  
hoc ita sit , in hoc significatur mag-  
na bonitas amoris; quia, si anima po-  
test plus amoris habere quam corpus  
terræ & aquæ & aëris & ignis , ani-  
ma potest inclius esse in amore quam  
corpus in elementis: igitur , cum cor-  
pus sit adeò clementatum , miserum  
& maledictum est cor non inamora-  
tum.

27. Quia voluntas & amor sunt si-  
miles in natura & proprietate , & vo-  
luntas est virtus exiens à memoria &  
intellectu , per hoc significatur , *Domi-  
ne* , quod in memoriâ & intellectu &  
volun-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXII. 167*  
voluntate plūs & frequentiùs deberet  
esse amor rerum intellectualium quām  
sensualium , cùm memoria & intellec-  
tus & voluntas sint res intellegentes;  
sed , quia peccatum & culpa inverte-  
runt & perverterunt memoriam & in-  
tellectum & voluntatem hominis pec-  
catoris mundani amantis vanitates hu-  
jus mundi , ideo frequentiùs & arden-  
tiùs est in memoria & intellectu & vo-  
luntate ipsius amor rerum sensualium  
quām intellectualium.

28. k. *O Domine DEUS , qui tuorum  
servorum non oblivisceris in suis neces-  
sitatibus ! Adeò est magna & alta &  
nobilis res amor , quòd non sit ullus  
homo qui eum perfectè audeat pone-  
re in sua memoria & in suo intellec-  
tu & in sua voluntate ; quia , si homo  
in eis perfectè poneret amorem , non  
dubitaret sustinere ullum laborem nec  
ullam mortem ad honorandum & lau-  
dandum Te & ad serviendum Tibi &  
ad dicendum veritatem & ad facien-  
dum bonum ; sed , quia homines vi-  
dent*

dent quòd si Te perfectè amarent non possent dare corpori delectationes quas ei dant, nec possent ipsum defendere à morte & laboribus à quibus ipsum defendunt, eò quòd perfectè non amant, propterea non audent perfectè amare.

29. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia, sicut ignis habet naturam dandi passionem & consumendi per calorem, ita amor habet naturam mortificandi corpus & dandi ei languores, & propterea sicut homo vislis & miser & malè indutus non audeat accedere ad honoratum Principem, ita amor est adeò nobilis & alta & bona res quòd homines peccatores viles amatores vilium rerum mundanarum non audeant se inamorare perfecto amore, & propterea plus amant carere vero amore & habere falsum amorem, quàm se facere servos & laudatores veri amoris & aggratiari bonis quæ ipse dat.

30. In hoc, quòd multi homines accep-

acceptarent totum mundum si eis datur in donum & non audeant accipere verum amorem & ipso inamorare suam animam , significatur , *Domi-*  
*ne* , magna bonitas amoris ; & in hoc ,  
quòd peccatores non audeant se im-  
plere perfecto amore ne in eis prive-  
tur peccatum , significatur vis & no-  
bilitas amoris & vilitas illorum qui non  
audent se inamorare vero amore : igi-  
tur , cùm hoc ita sit , quando veniet il-  
lud gloriosum tempus in quo erunt  
multi homines adeò nobiles & virtuo-  
si quòd non dubitabunt ad amandum  
recipere amorem in tota sua vi , si-  
cūt Tu amasti in hoc Mundo quan-  
do in eo fuisti adeò inamoratus quòd  
pro amore fuisti mortuus , & adeò ina-  
morasti Apostolos , quòd omnes lan-  
guerent & morerentur pro amore  
laudando & glorificando  
nostrum Dominum JE-  
SUM Chris-  
tum :

CAPUT

## CAPUT CCCXIII.

*Quomodo homo amet habere cognitionem de forma vigiliæ & dormitionis & somnii.*

1. a. **O** DEUS sapiens, potens, qui es gloria & placitum meorum amorum! Qui vult habere cognitionem de forma vigiliæ & dormitionis & somnii, oportet quod eam inquirat memoria & intellectu & voluntate in rebus sensualibus & in intellectualibus, quia per talem inquisitionem repræsentatur & formatur predicta forma humano intellectui, qui eam invenit in memoria quando voluntas vult quod ipsa memoret & intellectus intelligat significaciones sensuales & intellectuales, per quas figuratur & formatur dicta forma in figuris, quæ sunt potentialiter & actualiter in rebus sensualibus & intellectualibus.

2. Igitur, cum hoc ita sit, Domine,  
hanc

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIII* 171  
hanc inquisitionem oportet dividi in  
quinque partes, quarum prima est,  
quando forma sensualitatis est in po-  
tentia, secunda, quando forma sensua-  
litatis est in actu, tertia, quando for-  
ma intellectualis est in potentia,  
quarta, quando forma intellectualis  
est in actu, & quinta, quando forma  
sensualitatis & forma intellectualis  
compositè sunt in potentia & in actu.

3. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domi-  
ne*, propterea formantur & figurantur  
duæ figuræ, quarum una est simplex  
& stat in quatuor primis partibus præ-  
dictis, & alia est composita & deri-  
vata ex ipsis quatuor per figuram com-  
muniæ sensibus sensualibus & intel-  
lectualibus, cò quòd sit composita ex  
sensualitatibus & intellectualibus.

4. b. *Creator Domine Benefactor nos-  
ter!* *Prima* pars est quando *forma sen-  
sualitatis est in potentia*: unde dici-  
mus, quòd sensualiter sentiamus & in-  
tellectualiter intelligamus in homine  
quando dormit esse sensus sensuales  
poten-

potentialiter in figura in hoc quod ipse dormiendo non audiat nec videat nec odoretur nec gustet nec sentiat, & propterea quando isti sensus sunt in potentia tunc figura dormitionis est in actu, & per actualitatem ipsius privatur actualitas sensuum sensualium.

s. Igitur, cum hoc ita sit, *Domine*, quando homo vult inquirere in sua memoria quomodo sensus sensuales sint potentialiter in homine dormiente, tunc significatur suo intellectui figura vigiliæ & dormitionis, & intellectus percipit quod quando homo dormit, corpus habeat in se figuram vigiliæ potentialiter & figuram dormitionis actualiter, quæ figuræ sunt in solo corpore; quia, si essent in anima ita potentialiter & actualiter sicut in corpore, significaretur quod anima esset res sensualis similis corpori quæ corrumperet & generaret suas figuræ: igitur, cum hoc ita non sit, per hoc significatur quod corpus & sua

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIII. 173*  
sua natura & sua proprietas sint prin-  
cipalis causa quare sensus sensuales  
stant in potentia quando homo dor-  
mit.

6. Nam, si in anima, *Domine*,  
essent potentialiter sensus sensuales in  
figura quando homo dormit, corpus  
& anima essent una substantia & una  
natura tantum; &, quando sensus sen-  
suales essent in actu quando homo vi-  
gilaret, tunc esset anima res visibilis  
& corporalis: igitur, cum sit mani-  
festum quod in homine vigilante, ani-  
ma non videatur sensualiter, per hoc  
significatur quod sensus sensuales sint  
potentialiter in figura intra naturam  
corporis & extra naturam animae, licet  
non possint venire in actum sine na-  
tura ipsius animae.

7. c. *Sanctificate Domine gloriose!*  
Si sensus sensuales qui sunt in poten-  
tia quando homo dormit, essent ita  
potentialiter in anima sicut sunt in  
corpore, esset necessarium quod ma-  
teria corporalis & spiritualis esset una;  
&,

174 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol III.*  
& , si materia esset una , oporteret  
quòd forma spiritualis formaretur in  
materia per generationem & corrup-  
tionem sicut forma corporalis : igitur,  
cùm forma corporis Guillielmi sit po-  
tentialiter in Petro qui erit pater Guil-  
lielmi , & forma animæ Guillielmi non  
sit potentialiter nec actualiter in ani-  
ma neque in corpore Petri patris ip-  
sius Guillielmi , per hoc significatur  
quòd corpus Petri & Guillelmi sint  
unius naturæ & unius speciei , & animæ  
non sint similes in natura nec in spe-  
cie cum corpore Petri & Guilliel-  
mi.

8. Igitur , cùm hoc ita sit , *Do-*  
*mīne* , sicut forma palinæ stat poten-  
tialiter in dactilo , ita forma sensuum  
sensualium stat potentialiter in corpo-  
re quando homo dormit ; & , sicut  
forma palinæ non stat potentialiter in  
persico neque in Petro , ita forma  
sensuum sensualium non stat poten-  
tialiter in anima quando homo dor-  
mit ; quia , si per diversitatem & dif-  
feren-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIII* 175  
ferentiam unius vegetabilis ab alio  
& unius vegetabilis ab uno animali, se-  
quitur quod quedam formæ stent  
potentialiter in aliquibus & non in  
aliis, quantò plus sequitur quod  
forma sensuum sensualium stet po-  
tentialiter in anima quando homo  
dormit?

9 *Sapiens Domine!* Sensualiter sen-  
timus & intellectualiter intelligimus  
quod occasio dividatur in duas figu-  
ras, quarum una est naturalis & alia  
accidentalis, & occasio naturalis est  
quando palma occasione corruptionis  
revertitur ad elementa, & occasio ac-  
cidentalis est quando homo secat pal-  
mam & per sectionem corruptitur fi-  
gura ipsius palmæ: igitur, cum hoc  
ita sit, secundum occasionem natura-  
lem significatur quod figura sensuum  
sensualium stet potentialiter in corpo-  
re quando homo dormit & secundum  
occasionem accidentalem stet poten-  
tialiter in anima, & hæc potentialitas  
est in quinta parte supradicta.

10. d.

io. d. Vere Domine, propter quem  
mei oculi plorant & meum cor est in  
amore! Secunda pars est quando forma  
sensualitatis est in actu: unde dicimus  
quod quando homo vigilat tunc sen-  
sus sensuales sint in actu, quia nul-  
lus homo potest vigilare quin sensus  
sensuales sint omnes vel aliqui in ac-  
tu: igitur, cum hoc ita sit, vigilia  
est quando sensus sensuales habent in  
actu suam figuram quam antea habe-  
bant in potentia quando homo dor-  
miebat.

ii. Unde benedictus sis, *Domine*  
*DEUS*, quia sensualiter sentimus &  
intellectualiter intelligimus quod ex  
quinque sensibus sensualibus possint esse  
potentialiter vel actualiter in homine  
qui vigilat quatuor, qui sunt visus &  
auditus & odoratus & gustus; quia,  
sive cum actualitate istorum sensuum  
sive sine ipsa, potest homo vigilare; sed,  
sine actualitate tactus non potest ho-  
mo vigilare: igitur, cum hoc ita sit,  
per tactum plus figuratur figura vigi-

*Lib.V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIII. 177*  
liæ quām per ullum aliorum sensuum;  
& , quia est hæc differentia inter alios  
sensus & tactum , per hoc significa-  
tur, quòd ad vigilandum sit magis ne-  
cessarium quòd tactus sit in actu, &  
ad dormiendum quòd ipse non sit  
in actu.

12. Nam , sicut vigilare in homi-  
ne plūs formatur per sensum tactūs  
quām per ullum aliū sensum , ita ,  
*Domine* , dormire in ipso plūs forma-  
tur per privationem tactūs quām ul-  
lius alterius sensus ; quia , nī si ita es-  
set tactus esset perfectior in actualitate  
quando homo vigilat quām ullus aliū  
sensus , & non esset perfectior in poten-  
tia quando homo dormit ; & , si po-  
tentialiter esset tactus æqualis in vir-  
tute aliis sensibus quando homo dor-  
mit , significaretur quòd esset eis æ-  
qualis actualiter quando vigilat : igi-  
tur , cùm sensualiter sentiamus & in-  
tellectualiter intelligamus in homine  
qui vigilat habere majorem actualita-  
tem formam tactūs quām formam alio-

M

rum

178 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol.III.*  
rum sensuum, per hoc significatur  
quod tactus sit major in figura po-  
tentialiter quam ullus aliis sensus.

13. c. *Misericors Domine plene pie-  
tate & misericordia!* Sensualiter sen-  
timus & intellectualiter intelligimus  
nullum hominem posse vigilare, quin  
sua anima habeat in actu memoriam  
vel intellectum vel voluntatem; quia,  
nisi anima haberet aliquam harum  
virtutum in actu, esset impossibile  
quod homo vigilaret; quoniam, si-  
cut corpus figuratur ex materia & for-  
ma, ita vigilia figuratur ex actualita-  
te quam corpus habet in suis sensibus  
sensualibus & anima in suis virtuti-  
bus.

14. *Gloriose Domine!* Sicut in sen-  
sibus sensualibus est tactus major oc-  
casio dormiendi vel vigilandi, ita in  
virtutibus animæ voluntas est major  
occasio vigiliæ, quam memoria & in-  
tellectus; quia, non est ullus homo vi-  
gilans qui de necessitate non habeat  
aliquam voluntatem bonam vel ma-  
lam,

*Lib.V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIII. 179*  
lam, & est possibile quod homo vi-  
gilet quin memoret vel non memo-  
ret id quod vult memorare vel non  
memorare, vel secundum quod vult  
intelligere vel non intelligere id quod  
intelligit vel id quod non potest in-  
telligere.

15. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia, sicut sensus sensuales  
sunt intra corpus sive corpus dormi-  
at sive vigilet, & sunt extra naturam  
animæ, ita tres virtutes animæ, sive  
corpus dormiat sive vigilet sunt intra  
naturam animæ, & extra naturam cor-  
poris; quia, si tres virtutes haberent  
naturam per corpus & in corpore es-  
sent potentialiter, oporteret quod  
quando sunt in actu essent res corpo-  
rales, quod est impossibile secundum  
occasione naturalem substantialem:  
igitur, sicut superficies est media ter-  
minatio inter materiam & colorem  
rei corporalis, ita tres virtutes animæ  
intellectualiter sunt medium secundum  
occasione accidentalem ut corpus  
vigi-

180 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
vigilet quotiescumque anima habeat  
eas in actu; &, sicut superficies non  
corrumpitur nec destruitur licet alte-  
retur color, ita anima quo ad se &  
quo ad suas virtutes non destruitur nec  
corrumpitur licet corpus habeat uno  
tempore suas sensualitates in potentia,  
& alio in actu.

16. f. *Amator Domine tuorum ama-*  
*torum! Tertia pars est quando forma*  
*intellectualitis est in potentia: unde*  
*sensualiter sentimus & intellectualiter*  
*intelligimus quod corpus dormiat quan-*  
*do anima in ipso habet suas virtutes*  
*in potentia, quia nunquam potest cor-*  
*pus vigilare quando anima habet in*  
*eo suas virtutes in potentia, eò quod*  
*non possit vigilare nisi anima memo-*  
*ret vel intelligat vel velit.*

17. Igitur, cum hoc ita sit, *Do-*  
*mine, sicut homo excitatur à somno*  
*per hoc quod sensus sensuales veni-*  
*ant de potentia in actum per strepi-*  
*tum vel per tactiōnem vel per fa-*  
*mem vel fitim, ita tres virtutes ani-*

mx

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIII.* 181  
mæ, & quinque sensus intellectuales  
veniunt de potentia in actum per sen-  
sus sensuales per quos homo excitatur;  
&, sicut per vocem vel per tactiōnem  
sensus sensuales sunt intellectualibus  
occasio ut veniant de potentia in ac-  
tum, ita sensus intellectuales per co-  
gitare vel percipere vel per aliquem  
alium actum sunt sensibus sensualibus  
occasio ut veniant de potentia in ac-  
tum.

18. Unde benedictus sis, *Domine*  
*DEUS*; quia, sicut sensus sensuales  
sunt intellectualibus, & intellectuales  
sensualibus occasio ut veniant de po-  
tentia in actum, ita sensus sensuales  
sunt intellectualibus, & intellectuales  
sensualibus occasio ut veniant de ac-  
tu in potentiam; sed hæc est diffe-  
rentia inter occasionem sensuum sen-  
sualium & intellectualium, quod sen-  
suales sint intellectualibus occasio per  
hoc quod materia elementalis sit fa-  
tigata per actualitatem utrorumque sen-  
suum, & velit requiescere dormiendo,  
      &

182 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
& materia intellectualis non privat actualitatem sensuum intellectualium per corruptionem, nec per passionem quam habeat in se, sed solum per corruptionem elementalis materiæ, quæ non potest durare nec continuare, ut sit ordinatum subjectum sensibus sensualibus & intellectualibus.

19. g. *Pie Domine! erga omnes clamantes ad Te!* Quarta pars est quando forma intellectualis est in actu: unde sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, quod, quando anima habet in actu suos sensus & suas virtutes, oporteat corpus vigilare, quia natura & proprietas quam habet anima in suis virtutibus & in suis sensibus intellectualibus facit vigilare corpus, ut ipsa possit uti sua natura & sua proprietate actualiter.

20. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*: quia, sicut forma non posset esse in actu sine materia, ita anima non posset habere suas virtutes in actu quin corpus vigilaret; quoniam,

si-

*Lib.V. Diff.XXXIX. Cap.CCCXIII. 183*  
sicut aér naturaliter recipit calorem  
ab igne, ita corpus recipit vigiliam  
ab anima quæ vult habere in actu su-  
as virtutes & suas intellectualites;  
quia, sicut est necessarium corpori  
dormire ad quiescendum & vivifican-  
dum suam naturam, ita est neceſſa-  
rium animæ quòd corpus vigilet ut  
ipsa per bona opera possit sanctificare  
& purificare se ipsam honorando &  
amando & laudando Te & serviendo  
Tibi.

21. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domi-  
ne*, intellectualiter intelligimus cor-  
pus habere passionem ut anima habe-  
at suas virtutes in actu: unde quan-  
do homo dormit habet corpus actio-  
nem in animam & anima habet pas-  
sionem quando non potest habere  
suas virtutes in actu; &, quando cor-  
pus vigilat & anima non utitur sua  
virtute, tunc habet anima passionem  
in quantum facit opera vitiosa: &  
hoc idem est de corpore quod ha-  
bet passionem quando vigilat ut ani-  
ma

184 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
ma habeat suas virtutes in actu, &  
anima dat ei afflictionem ut habeat  
virtuosum memorare & intelligere &  
velle: igitur, cum hoc ita sit, per  
hoc significatur passio accidentalis uno  
modo in anima, & alio in corpore,  
& per hanc accidentalem passionem  
significatur naturalis actio uno mo-  
do in anima, & alio in corpore.

22. h. *Honorator Domine tuorum ho-*  
*noratorum, Amator Domine tuorum a-*  
*matorum!* Quinta pars est quando for-  
ma sensualitatis & intellectualitatis  
compositè sunt in potentia & in actu:  
unde dicimus quod hæc pars com-  
ponatur & formetur ex sex figuris,  
quæ sunt sensualitas, intellectualitas,  
potentia, actualitas, occasio, & ca-  
sualitas; & hæc talis figura formata  
ex his sex rebus est figura somnii quan-  
do homo somniat aliquam rem.

23. Nam, quando sensus sensuales  
& intellectuales sunt inter potentiam  
& actuū & inter occasionem & ca-  
sualitatem, figuratur somnium ex sex  
re-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIII.* 185  
rebus prædictis; quia, sicut infantulus quando nascitur & habet caput extra ventrem suæ matris & corpus intra ipsum non est omnino natus, nec omnino non natus, ita, *Domine*, quando sensus sensuales & intellectuales sunt partim in potentia & partim in actu, & partim in occasione & partim in casualitate, tunc est privata in homine partim figura dormitionis & vigiliæ, & ex ambabus partim privatis formatur tertia figura quæ est figura somnii.

24. Hæc figura, *Domine*, formatur ex pauca quantitate quæ est in potentia & in actu & in occasione & casualitate sensuum sensualium & intellectualium; quia, per hoc quòd sensus sensuales & intellectuales non sint omnino in potentia nec in actu nec in occasione nec casualitate, & sint in media terminatione harum quatuor rerum, videtur homini somnianti quòd videat vel audiat vel loquatur vel comedat vel bibat vel ambulet,

186 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
let, vel quòd memoret vel cogitet  
vel cognoscat; &, quia id quod ei  
videtur est vanitas, propterea sensus  
sensuales & intellectuales recipiunt  
falsam figuram intra terminationem  
mediam inter potentiam & actum &  
occasione & casualitatem, & hæc  
falsa figura destruitur quando sensus  
sensuales & intellectuales sunt omnino  
in potentia vel in actualitate.

25. i. *O Domine DEUS, qui possi-  
des & gubernas universa quæ sunt!*  
Quia significatum est humano intel-  
lectui quòd somnium formetur & fi-  
guretur ex predictis rebus, per hoc  
significatur ei, quòd quando sensus  
sensuales sunt plùs in actu & in oc-  
casione quàm intellectuales, tunc som-  
niet homo plùs res sensuales quàm  
intellectuales, & quando sensus intel-  
lectuales sunt plùs in actu & in oc-  
casione quam sensuales, tunc som-  
niet homo res intellectuales plùs quam  
sensuales.

26. Igitur, cùm hoc ita sit, *Do-  
mine,*

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIII. 187*  
*mine*, propterea homines somniant uno tempore fœminas & cibos & vestes & divitias & arbores & fontes & alias res sensuales, & alio somninant Angelos & dæmones & animas & amorem & sapientiam & alias res intellectuales; quia, sicut intellectus corrumpitur per nimiam voluntatem, ita sensus sensuales & intellectuales corruptuntur in figura per modicam quantitatem actualitatis; &, quò modicior est actualitas, eò minorem occasionem habent somniandi; &, quò major est actualitas, eò major est occasio figurandi in somniis res secundùm genus & speciem earum.

27. Nam, sicut majus pondus in statere, *Domine*, elevat minus, ita sensus, qui sunt in actu & occasione in majori quantitate, plūs faciunt imaginativam figurare & mentem considerare res quæ sunt in natura & proprietate similes ipsis, quām sensus qui sunt minūs in actu & occasione.

28. k. *Alte Domine super omnes*  
*alti-*

188 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol.III.*  
*altitudines, excellens super omnes excellencias!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus homines somniare plus illas res quae sunt similes humoris qui in eis est à prædominio quam alias, sicut homo cholericus qui frequentius somniat ignem & colorem croceum & prælia quam phlegmaticus, cò quod cholera sit in eo plus in actu & occasione, & phlegma plus in potentia & casu-alitate. Etiam dicimus, *Domine*, quod, quando potentia rationalis est plus in actu & occasione quam potentia sensitiva, somniet homo plus res virtuosas quam vitiosas; &, quando potentia sensitiva est plus in actu & occasione quam rationalis, somniet homo quod faciat furta vel homicidia vel aliqua alia opera vitiosa.

29. *Gloriose Domine!* Sicut naturaliter modo prædicto somniat homo plus in sensualitate quam in intellectualitate, vel in una sensualitate quam in alia, vel in una intellectualitate

quam

*Lib.V.Dist. XXXIX.Cap. CCCXIII.* 189  
quam in alia; ita extra cursum naturalem  
somniat homo plus unam rem quam  
aliam per admonitionem angelicam  
vel diabolicam ; quia, Angeli admo-  
nent homines dormientes, ut quando  
erunt excitati faciant bonum quod  
sommiarunt , & dæmones similiter ut  
homines faciant malum ; & , qui plus  
possunt mentem & imaginationem ho-  
minis appropinquare actualitati & oc-  
casioni & eas elongare à potentia &  
casualitate , vincunt & vehementius fi-  
gurant in eo formam somnii.

30. *Juste Domine !* Sicut speculum  
est paratum ad demonstrandum quam-  
cunque figuram homo ei præsentet,  
ita homo in somnio est paratus ad  
recipiendum quamcunque rem secun-  
dum modum prædictum : igitur, cùm  
hoc ita sit , secundum hoc significa-  
tur quod in tempore sanctorum Pro-  
phetarum, venirent ad eos Angeli qui  
eis annuntiabant in somniis res præ-  
teritas & præsentes & futuras ; quia,  
ratione magnæ sanctitatis ipsorum quan-  
do

190 B.Ray. *Lulli Lib. Centempl. Vol.III.*  
do dormiebant erat sua anima in actu  
& occasione plus quam corpus , &  
idcò erat digna quod in ea repræ-  
sentaretur figura prophetiæ; sed , quia  
ab illo tempore , *Domine* , sunt ho-  
mines culpabiliores , & quando som-  
niant frequenter putant esse veritatem  
id quod somniant & se jactant de sanc-  
titate & in suis somniis non sunt veri  
nec secreti , propterea sua anima non  
est digna recipere spiritum prophetiæ:  
unde benedictus sis , *Domine DEUS*;  
quia , sicut secundum artem prædic-  
tam cognoscitur figura dormitionis &  
vigiliæ & somnii , ita potest cog-  
nosci sanitas & infirmitas per  
ipsam artem figuratam in  
nostro intellectu per  
gratiam nostri  
Domini  
DEI.

CAPUT

CAPUT CCCXIV.

*Quomodo amor sit terminatus in tempore & tempus in amore.*

1. a. **O** *DEUS sapiens vere juste & potens ! Qui vult inquirere , Domine , terminations amoris , necessariò oportet quòd eas inquirat tribus virtutibus animæ in rebus sensuilibus & in intellectualibus , & in potentia & in actu , & in tempore præterito & præsenti & futuro , quia per hanc artem & per hunc modum repræsentatur humano intellectui figura per quam demonstrantur terminations amoris.*

2. Igitur , cùm tempus præsens , *Domine ,* sit in actu & tempus futurum sit in potentia & tempus præteritum non sit in actu nec in potentia , oportet quòd tempus præteritum inquiramus in compositione temporis præsentis & futuri , & in compositione

ne

192 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
ne actualitatis & potentiae; quia, cum  
tempus praeteritum sit in esse, oportet  
quod sit in compositione quatuor  
rerum praedictarum, quoniam non est  
simpliciter in se, nec in ulla earum.

3. Igitur, cum hoc ita sit, *Domine*, secundum hoc figurantur hu-  
mano intellectui *tres figuræ* in quibus  
oportet inquiri terminationes amoris,  
quarum *prima* est figura actualitatis &  
temporis praesentis, *secunda* figura po-  
tentiae & temporis futuri, & *tertia* fi-  
gura in qua stat tempus praeteritum  
quod exit compositè ex duabus praæ-  
dictis figuris quæ sunt simplices respectu  
hujus tertiae.

4. b. *O Domine DEUS, qui latificas*  
*& honoras omnes memorias que Te me-*  
*morant!* *Prima figura formatur ex ac-*  
*tu & tempore praesenti:* unde dicimus  
quod Petrus amet Te tunc quando Te  
memorat & intelligit & amat, & haec  
figura amoris est in actu & in præsen-  
ti, eò quod Petrus aliud non memo-  
ret nec intelligat nec amet nisi Te  
tantum.

5. Igi-

5. Igitur , cùm hoc ita sit , secundùm hoc significatur , *Domine* , quòd amor quem Petrus habet erga Te non sit intra terminos temporis futuri nec potentiarum , imò sit intra terminos actualitatis & temporis præsentis : igitur , secundùm hoc significantur & figurantur humano intellectui duæ terminationes diversæ , quarum una est terminatio intra quam amor est terminatus & alia est terminatio extra quam amor est terminatus : unde terminatio intra quam amor continetur est prima figura , & terminatio extra quam amor continetur est secunda figura .

6. Igitur , cùm hoc ita sit , *Domine* , beata est anima quæ suum amorem facit esse terminatum intra primam figuram & extra secundam ; quia , quando anima intra primam figuram Te memorat & intelligit & vult , tunc non habet ullum medium inter Te & suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem , in hoc

N

quòd

194 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
quòd actualiter & præsentialiter non  
memoret nec intelligat nec velit nisi  
Te tantùm ; & , quia non est medi-  
um inter Te & memoriam & intel-  
lectum & voluntatem animæ , recipit  
ipsa anima ita gratiam & benedictio-  
nem à Te , memorando & intelligen-  
do & volendo Te, sicut oculi recipi-  
piunt lucem & splendorem à sole quan-  
do ipsum aspiciunt.

7. c. *O Gloriose Domine , qui benefi-  
cias & diriges omnes intellectus qui Te  
intelligunt ! Secunda figura formatur  
ex potentia & tempore futuro : unde  
ponamus , quòd Petrus amet Te cras ,  
& dicimus quòd amor quem Petrus  
habebit erga Te cras , sit hodie termi-  
natus intra tempus futurum & intra  
potentiam & extra primam figuram ,  
quoniam Petrus cras faciet secundam fi-  
guram devenire ad primam.*

8. Unde benedictus sis , *Domine  
DEUS* ; quia per hoc , quòd Petrus  
hodie non memoret nec intelligat nec  
amet Te & sit ei prædestinatum me-  
morare

*Lib.V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIV.* 195  
morare & intelligere & amare Te cras,  
figuratur humano intellectui quòd a-  
mor qui est in potentia & in tem-  
pore futuro, sit terminatus intra po-  
tentiam & tempus futurum, & extra  
actualitatem & tempus præsens; quia,  
sicut sensualiter longitudo & latitudo  
& profunditas sunt terminatae intra  
corpus quod componunt, ita intellec-  
tualiter amor est terminatus intra se-  
cundam figuram quando actualitas &  
tempus præsens non sunt in memoria  
& intellectu & voluntate; &, sicut u-  
num corpus est terminatum extra lon-  
gitudinem & latitudinem & profundi-  
tatem alterius ipsum tangentis, ita se-  
cunda figura est terminata extra ter-  
minos primæ.

9. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domi-  
ne*, per hoc significatur humano in-  
tellectui, quòd amor qui est termina-  
tus intra secundam figuram, nihil va-  
leat respectu amoris qui est termina-  
tus intra primam, & hoc idem est de  
malo amore quia multò vilior & pe-  
jor

196 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
jor est quando est in prima figura, quām  
quando est in secunda; quoniam, sicut  
forma actualis perfectius possidet ma-  
teriam quām forma potentialis, ita  
amor perfectius est figuratus in prima  
figura quam in secunda: igitur, cūm  
hoc ita sit, beati sunt qui properant  
quantum possunt, ut forma amoris quā  
est in secunda figura sit terminata intra  
primā figuram.

10. d. *Misericors Domine, qui in amo-*  
*ras & aggratias omnes voluntates que*  
*Te amant! Tertia figura est compositio*  
*quam faciunt ambæ p̄dictæ figurae: un-*  
*de dicimus quòd hæc figura compo-*  
*natur & formetur ex quinque rebus*  
*scilicet ex actualitate & potentia &*  
*tempore præsenti & futuro & præte-*  
*rito; & tota hæc compositio & figu-*  
*ra dividitur in sex terminaciones amo-*  
*rīs, quarum prima est quando Petrus*  
*qui est in die sabbati habuit amorem er-*  
*ga Te in die veneris, &, quia in die*  
*sabbati non memorat nec intelligit*  
*nec amat id quod in die veneris me-*  
*moravit*

*Lib.V. Dist.XXXIX. Cap. CCCXIV.* 197  
moravit & intellexit & amavit, propter ea hæc figura amoris in die sabbati datur & attribuitur tempori præterito, quod non posset esse in figura sine quinque rebus ex quibus tertia figura est composita.

ii. Nam amor, quem Petrus qui est in die sabbati habuit in die veneris, non est simpliciter in actu nec in potentia, nec in tempore presenti nec in futuro nec in tempore præterito, & hoc est quia tempus præteritum non est in actu nec in potentia sed per compositionem omnium quinque rerum stat in figura in die sabbati; quoniam, si non esset tempus à die veneris usque ad diem sabbati, non posset generari tempus præteritum in die sabbati, cò quòd sine tempore præsenti & futuro & præterito, & sine actu & potentia nulla memoria possit oblivisci nec ullas intellectus possit ignorare nec ulla voluntas possit disamare in die sabbati id quod fuit memoratum & intellectum & amatum in die veneris.

12. Un-

12. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia, sicut longitudo non posset figurari in corpore sine latitudine & profunditate, ita in die sabbati non posset figurari amor quem Petrus habuit die veneris sine actu & potentia & tempore praesenti & futuro: igitur, sicut in homine cholericō formatur cholera in figura per magnam abundantiam caloris & siccitatis, ita in compositione quinque rerum predictarum formatur tempus præteritum per absentiam actualitatis & potentiarum & temporis praesentis & temporis futuri; &, sicut homini cholericō attribuitur humor cholericus ratione abundantiarum cholerae, licet in eo etiam sint humores contrarii cholerae, ita tempori præterito attribuitur tota compositione quæ format tertiam figuram in hac prima terminatione amoris.

13. c. *O Juste Domine, qui timore & amore purificas conscientiam tui servi!*  
*Secunda terminatio amoris dicitur de Petro qui est in die sabbati & amat Te*  
in

*Lib.V.Dist. XXXIX.Cap. CCCXIV.* 199  
*in die sabbati in quantum fuit tuus a-*  
*mator in die veneris:* unde hæc figu-  
ra amoris formatur in die sabbati per  
amorem quem Petrus erga Te habuit  
in die veneris, quia Petrus qui habu-  
it amorem erga Te in die veneris &  
in die sabbati, non memorat nec in-  
telligit nec vult ullam rem quæ sit  
contraria amori diei veneris, licet in  
die sabbati non memoret nec intelli-  
gat Te ratione aliquarum rerum, quas  
indiget memorare & intelligere & vel-  
le secundùm suas necessitates, ta-  
men non est privatus amore diei ve-  
neris.

14. Unde, sicut anima hominis dor-  
mientis habet actualiter intra se me-  
moriā & intellectum & voluntatem,  
licet forma memorandi & intelligendi  
& volendi sit in potentia, ita, *Domi-  
ne*, amor quem Petrus habuit erga  
Te in die veneris est actualiter & p̄-  
fessionaliter in sua anima in die Sabba-  
ti, dummodo Petrus non memoret  
nec intelligat nec amet res contrari-  
as

as illis, quas memoravit & intellexit & amavit in die veneris; sed, sicut forma memorandi & intelligendi & volendi non apparet in anima hominis dormientis, ita amor quem Petrus habuit in die veneris non apparet nec demonstratur Petro in die sabbati, cò quòd sua anima non memoret nec intelligat amorem quem habuit in die veneris.

15. *Vere Domine!* Si amor qui fuit in Petro in die veneris privaretur in cò in die sabbati, non esset differentia inter Petrum qui Te amavit in die veneris, & non Te disamat die sabbati, & Guillielmum qui Te amavit in die veneris & Te disamat in die sabbati, memorando & intelligendo & volendo oppositum dici veneris; &, si aquè privaretur amor diei veneris in die sabbati in Petro per diversitatem, sicut in Guillielmo per contrarietatem, sequeretur quòd Tu non es̄s justus: igitur, cùm Tu, *Domine*, sis justus, significatur quod Petrus qui amavit Te in

*Lib.V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIV. 201.*  
in die veneris non privetur amore diei  
veneris in die sabbati, licet non me-  
moret nec intelligat amorem diei ve-  
neris : igitur , cùm hoc ita sit , secun-  
dùm hoc significatur quòd amor non  
privetur de una die in aliam per di-  
versum memorare & intelligere & velle,  
sed solum per contrarium.

16. f. *Suavis Domine simplex amoros-*  
*se ! Tertia terminatio amoris dicitur de*  
*Petro qui est in die sabbati & amabit*  
*Te in die dominica memorando & in-*  
*telligendo & amando id quod memora-*  
*vit & intellexit & amavit die vene-*  
*ris : unde dicimus quod amor , quem*  
*Petrus qui est in die sabbati habebit*  
*in die dominica , sit terminatus in*  
*tempore futuro, in quo est potentiali-*  
*ter in figura in die sabbati.*

17. Unde amor qui est potentia-  
liter in Petro in die sabbati , *Domi-*  
*ne , est terminatus in omnibus tribus*  
*figuris ; quia , eò quòd Petrus non di-*  
*famaverit in die sabbati id quod a-*  
mor

202 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
mor quem habuit in die veneris, sit  
actualiter in eo in die sabbati, & oportet  
quod amor quem ipse erga Te ha-  
bebit in die dominica sit in eo po-  
tentialiter in die sabbati, qui amor  
potentialis est compositus ex tempore  
præterito diei veneris, & ex tempore  
præsenti diei sabbati, & ex tempore  
futuro diei dominicæ: igitur, cùm hoc  
ita sit, amorem diei dominicæ oportet  
esse terminatum intra tres termi-  
nationes, scilicet intra diem veneris,  
& diem sabbati, & diem dominicam;  
intra diem veneris quia Petrus amabit  
die dominica id quod amavit die vene-  
ris, intra diem sabbati, in hoc quod  
amor diei veneris sit in eo actualiter,  
intra diem dominicam in hoc quod  
forma amoris quæ est in potentia in  
die sabbati erit in actu in die domi-  
nica.

18. Sed amor, quem Petrus ha-  
buit erga Te, *Domine*, in die vene-  
ris, non est actualiter in memoria nec  
in intellectu nec in voluntate ipsius in  
die

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXII. 203*  
die sabbati, in hoc quod tota illa die  
aliam rem memoret & intelligat &  
amat; sed, quia Petrus tota die fab-  
bati non memorat nec intelligit nec  
amat ullam rem quae sit contraria a-  
mori diei veneris, propterea amor dici  
veneris est actualiter & præsentialiter  
in anima ipsius in die sabbati, & amor  
potentialis diei dominicæ est in die  
sabbati præsentialiter & actualiter;  
quia, nisi amor potentialis esset in  
tempore præsenti & in actualitate in  
die sabbati, destrueretur forma poten-  
tialis in die sabbati & forma actualis  
in die dominica.

19. g. *Amate Domine honorate gra-*  
*tiose gloriose! Quarta terminatio amo-*  
*ris dicitur de Petro qui in die martis*  
*disamat id quod amavit in die veneris in*  
*hoc quod in die luna peccaverit & suum*  
*memorare & intelligere & velle fuerit con-*  
*trarium illi memorare & intelligere &*  
*velle quod habuit à die veneris usque ad*  
*diem lunæ: igitur, cùm hoc ita sit,*  
*forma amoris diei veneris & sabbati*  
    &

204 B.Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol III.*  
& dominicæ est privata in die lunæ &  
in die martis ; &, hæc privatio non  
est potentialiter in tempore præterito  
nec in futuro in die lunæ & martis,  
sed est actualiter & præsentialiter in Pe-  
tro in die lunæ & martis.

20. Igitur , cùm hoc ita sit , *Do-*  
*mine* , sicut amor quem Petrus habu-  
it in die veneris fuit formatus in eo  
in die sabbati , licet ipse non memo-  
raret nec intelligeret id quod amavit  
in die veneris , ita disamor & male-  
volentia & peccatum habent figuram  
in anima Petri in die martis , postquam  
in die lunæ peccavit & disamavit con-  
tra amorem diei veneris : unde , licet  
Petrus in die martis non memoret nec  
intelligat nec amet peccatum quod  
memoravit & intellexit & amavit die  
lunæ , tamen non est excusatus ab ip-  
so , cò' quòd sua anima non memora-  
verit nec intellexerit nec voluerit con-  
trarium diei lunæ

21. Unde benedictus sis , *Domine* ,  
*DEUS* ; quia , sicut corpus vegetatum  
vel

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIV. 205*  
vel animatum terminant generatio &  
corruptio, ita amorem qui fuit in  
Petro à die veneris usque ad di-  
em dominicam terminavit privatio  
per disamorem quem Petrus habuit  
à die lunæ usque ad diem mer-  
curii; & , sicut una forma non  
potest generari sine corruptione alte-  
rius, ita amor quem Petrus habuit  
erga Te non potest devenire in *esse*,  
quousque sit privatus disamor quem  
Petrus habuit in die lunæ & in die  
martis.

22. h. *Vere Domine, qui meam mentem  
inamoras & diriges! Quinta termi-  
natio amoris dicitur de Petro qui est  
in die mercurii, & amat id quod ama-  
vit in die veneris: unde dicimus quod  
Petrus in die mercurii memoret & in-  
telligat & amet id quod memoravit  
& intellexit & amavit in die veneris,  
& memoret & intelligat peccata quæ  
fecit in die lunæ & disamet illa pec-  
cata, & pœniteat illorum & petat mi-  
sericordiam à Te ut ei remittantur,*  
&

206 B. Ray Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
& amet tuam Justitiam & tuam Misericordiam & alias tuas virtutes.

23. Igitur cum hoc ita sit, *Domine*, amorern, quem Petrus habuit erga Te in die veneris & in die sabbati & in die dominica intra animam, terminavit disamor quem habuit in die lunæ & in die martis, & amor quem Petrus habet erga Te in die mercurii & in die jovis terminat disamorem quem habuit in die lunæ & in die martis: igitur, sicut disamor diei lunæ & martis privavit amorem diei veneris & sabbati & dominicæ, ita amor dici mercurii & jovis privat disamorem dici lunæ & martis.

24. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia per hanc quintam terminationem incedunt homines qui quandoque Te amant & quandoque Te disamant, & sunt similes canibus qui iterum manducant id quod evomuerunt, & quicunque sit finis in eo figuratur & terminatur amor vel disamor; &, quia figura in fine est intra finem &

ex-

*Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIV.* 207  
extra terminationes præteritas & for-  
matas in tempore præterito, propte-  
rea si moriantur in bono statu Tu eis  
confirmas amorem qui est figuratus  
in fine; &, si moriantur in malo sta-  
tu, eis confirmas figuram disamoris  
in ultima figura & terminazione, & ex  
his confirmationibus sequitur in eis  
gloria vel pœna perdurable.

25. i. *Domine, qui me tenes in lan-  
guoribus & tormentis prolongando mea  
desideria! Sexta terminatio est tempo-  
ris: unde dicimus quod, sicut amor  
terminatur in tempore, secundum quod  
probavimus per quinque terminatio-  
nes prædictas, ita tempus terminetur in  
amore vel disamore per hanc sextam  
terminationem; quia, sicut amor Pe-  
tri fuit terminatus in tempore à die  
veneris usque ad diem lunæ, & disa-  
mor fuit terminatus à die lunæ, usque  
ad diem mercurii, ita tempus termi-  
natur in amore vel disamore hominis  
morientis.*

26. Nam, sicut in hac præsenti vi-  
ta,

208 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
ta amor vel disamor terminatur & fi-  
nitur in tempore eò quòd tempus sit  
majus illò , ita , *Domine* , in alio sæ-  
culo terminatur tempus in amore vel  
disamore, cò quòd amor vel disamor  
sit major tempore ; & ratio , qua-  
re in alio sæculo tempus est termina-  
tum , est quia nec amor nec disamor  
alteratur de potentia in actum nec de  
actu in potentiam , imò stat actuali-  
ter de præsenti sine futuro & præte-  
rito, & sinè die, & septimeana,& mense,  
& anno.

27. Igitur , cùm hoc ita sit , *Do-  
mine* , secundùm hoc significatur hu-  
mano intellectui quòd Sancti gloriæ  
non habeant suum amorem terminatum  
in tempore , quia aliter tempus habe-  
ret majorem quantitatem quàm su-  
us amor , & tunc amor haberet fi-  
nem ; & , si ita esset , gloria esset  
finita , quod est impossibile : igitur ,  
cùm amor , *Domine DEUS* , sit adeò  
nobilis & bonus in se & sit major &  
durabilior in gloria quàm tempus ,  
quid

quid faciunt homines hujus mundi  
quare non laborant ad habendum a-  
morem cui tempus non erit æquale  
nec majus? & quare perversi pecca-  
tores in hoc mundo non fugiunt à  
disamore qui in inferno est odium &  
malevolentia infinita?

28. K. *O Domine, qui es perfectio  
mearum perfectionum & honoratio mea-  
rum honorationum!* Beati sunt qui a-  
morem primæ figuræ recondunt & po-  
nunt in tertia figura amoris; quia,  
quò plùs amoris ponit & recondit  
homo in tertia figura, eò plùs amo-  
ris invenit in perdurabili gloria; quo-  
niā Petrus, quò pluribus diebus sep-  
timanæ possidet amorem in sua me-  
moria & intellectu & voluntate, me-  
morando & intelligendo & volendo  
Te, & quò fortior & major & fer-  
ventior est sua memoria & suus in-  
tellectus & sua voluntas in honoran-  
do Te & in serviendo Tibi, eò ma-  
jorem & virtuosiorem amorem ha-  
bebit in gloria: igitur, cùm omnis

O

ho-

210 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
homo possit tantum amare quantum  
velit, & possit primam figuram re-  
condere & custodire in tertia, quo-  
modo potest esse quòd in hoc mun-  
do faciat & tractet aliud quàm con-  
gregare & recondere amorem in ter-  
tia figura?

29. *Juste Domine!* Sensualiter sen-  
timus & intellectualiter intelligimus  
non esse in hoc mundo ullam rem  
quæ adeò frequenter & adeò vehe-  
menter torqueat hominem, & det ci-  
passionem, sicut ira & malevolentia:  
igitur, cùm ira & malevolentia, *Domi-  
ne*, sint adeò mala res, maledicti  
sunt qui in hoc mundo eas figurant  
frequenter in prima figura & eas re-  
condunt in tertia; quia, quò plùs  
illas formant in prima figura & re-  
condunt in tertia, cò plùs torquen-  
tur in alio sèculo.

30. *Tibi, Domine DEUS gloriose,*  
agit laudes & gratias tuus servus, fi-  
lius tui viri & tuæ ancillæ, & Te  
orat & benedicit humiliter genuflexus

cor-

*Lib.V. Dist. XXXIX. Cap. CCCXIV. 211*  
corde devoto & oculis lacrymosis  
laudando & amando Te, quia fecisti ei  
gratiam & honorem & adjutorium in  
perficiendo hanc Distinctionem *de Amore*, & confidit in Te, quod pro  
tuo benigno placito facies ei gratiam  
& adjutorium & honorem, ut perdu-  
cat ad finem & complementum cum  
tribus terminationibus amoris Distinc-  
tionem *de Oratione*, quae sit ad glo-  
riam & honorem Tui, qui  
es noster gloriosus  
DEUS.





# INDEX TITULORUM TOMI XII.

## VOLUMEN III.

### LIBER V.

### DISTINCTIO XXXIX.

#### *De Amore.*

- |                                    |      |
|------------------------------------|------|
| Cap. 305. Quomodo pater & filius & |      |
| maritus & uxor & cognati & vici-   |      |
| ni & domini & servi & extranei a-  |      |
| ment se ad invicem. fol. 3.        |      |
| 306. Quomodo homo amet se ip-      |      |
| sum. 23.                           |      |
| 307. Quomodo homo amet suum        |      |
| amicum. 43.                        |      |
| 308. Quomodo homo amet suum        |      |
| inimicum. 61.                      |      |
|                                    | 309. |

- CAP. 309. Quomodo homo cognoscat  
quinam amor sit perfectus & qui-  
nam defectuosus. fol. 81.
310. Quomodo homo inquirat for-  
mam amoris. 105.
311. Quomodo homo amet ha-  
bere cognitionem de forma pa-  
radisi. 127.
312. Quomodo homo cognoscat  
magnam bonitatem quæ est in  
amore. 150.
313. Quomodo homo amet ha-  
bere cognitionem de forma vi-  
giliae & dormitionis & som-  
nii. 170.
314. Quomodo homo sit termina-  
tus in tempore & tempus in a-  
more. 191.

ERRATA CONTENTA IN HOQ  
tomo.

**F**ol. 15. num. 19. lin. 7. se pri-  
ma. dic. se, primâ. f. 16. lin. 4.  
& se prima. dic. & se, primâ. f. 20.  
num. 26. lin. 8. deminus. dic. domi-  
nus. f. 22. num. 30. lin. 6. avimæ. dic.  
animæ. f. 23. lin. 6. muudum. dic. mun-  
dum. f. 35. num. 20. lin. 9. iutel-  
lectum. dic. intellectum. f. 40. num.  
27. lin. 1. virtuoosa. dic. virtuosa. f.  
69. lin. 4. patientia. dic. patientiæ.  
f. 71. num. 17. lin. 4. volunrate. dic.  
voluntate. f. 78. num. 26. lin. 10.  
mottificare. dic. mortificare. f. 81. lin.  
7. occidentali. dic. accidentalii. f. 82.  
num. 3. lin. 3. sequantur. dic. sequa-  
tur. f. 124. num. 27. lin. ultima. dæ-  
mon m. dic. dæmonum. f. 145. num.  
25. li. 10. in corporali. dic. incorporali.

9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1

